



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Epistolica Leonis papæ primi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



## Decreta Sixti pape

niam vulnerata est anima eius, ultra eum non poteris colligare, & maledicta est concordatio, denudare autem amici mysteria desperatio est animæ infidelis annuens oculo fabricat iniqua nemo eum abiciet: In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & sup sermone tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiui, & non cor quauit ei, & dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidē, sup caput eius cadet & plaga, dolose diuidet vulnera. Qui fodit foueam incidit in eam, & qui statuit lapidem proximo offendet in eo & q laqueum alio ponit, peribit in illo, facienti nequissimū consilium super ipsum deuoluetur, & non agnoscat unde adueniet illi. Illusio & improprium supboz, & vindicta sicut leo insidiabit illi, laqueo peribit qui oblectantur casu iustorum. Dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ita & furor vtraq; execrabilia, & vir peccatorum continens erit illorum. Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur, homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum: ipse dum caro sit, seruat iram, & propitiationē petit à Deo. Quis exorabit pro delictis illius? Memeto nouissimoz, & define inimicari. Tabitudo em̃ & mors imminet mandatis. Memorare timorē dei, & non irascere proximo. Memorare testamēti altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te à lite, & minues peccata, homo em̃ iracundus incēdit lites, & vir p̃ctōr turbabit amicos, & in medio pacē habetūm immittet inimicitiam. Secundū em̃ ligna syluæ, sic ignis exardescet, & secundum virtutē hominis iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suā. Certamē festi natum incēdet ignē, & lis festinans effundet sanguinē, & lingua testificans adducet mortem. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit, & si expueris sup illam extinguet, & vtraq; ex ore proficiunt. Sufurro & bilinguis maledictus, multos turbauit pacē habētes, lingua tertia multos cōmouit, & disperfit illos à gēte in gentē. Ciuitates muratas diuitū destruxit, & domos magnatorū effodit, virtutes populorū concidit, & gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viritas eiecit, & priuauit eas de laboribus suis. Qui respicit illam non habebit requiē, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorē facit, plaga autē linguæ comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quomodo q interierunt p linguam suā. Beatus q tectus est à lingua nequam, & q in iracundiā illius non transiuit, & q non attraxit iugum illius, & vinculis illius non est ligatus. Iugum em̃ illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum æreum est. Mors illius mors nequissima est, & vtilis potius inferis quā illa pseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum, & flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt Deum, incidunt in illam, & exardescet in illis, & non extinguet, & immittet in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguā nequam, & ori tuo facito ostiā, & seras auribus tuis, aurum tuum, & argētum tuū conflagra, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantū tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortē, ista caueant oēs & cohibeant linguam suā à malo, & labia eorum ne loquantur dolum.

**F** ¶ De cætero charissimi confortamini in dño, & in potētia virtutis eius. Induite vos armatura Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitia in cœlestibus, propterea accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus pfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induite lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis in omnibus, sumentes scutum fidei, in quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spūs quod est verbū dei. Hæc frēs vobis scripsimus, & generaliter omnibus notum fieri volumus, vt quæ cæteros tangūt omnibus nota fiant. Omnipotēs deus vos & reliquos fratres ubiq; consistentes protegat vsq; in finē, q cunctum mundū est dignatus redimere Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in secula, Amen. Data Caleñ. Aprilis. Valentiniano & Florentio. IIII. consulibus.

¶ Subsequuntur Epistolæ Leonis Pape

## Incipiunt epistole Leonis pape ad Euticen Con

stantinopolitanum abbatē aduersus Nestorianam hæresim

EPISTOLA PRIMA.

¶ Dilectissimo filio Euticeti presbytero Leo episcopus.

Ad no-





D notitiam nostram tuæ dilectionis Epistola retulisti, q̄ Nestoriana hæresis quorūdam rursus studijs pullularet. Sollicitudinē tuam ex hac parte nobis placuisse, rescripsimus, quoniam index animi tui est sermo quē sumpsimus. Vnde nō ambigimus authorē catholicę fidei dominum tibi in oībus affuturū. Nos autē cum plenius quoq; hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est, auxiliante dño, p̄uidere, quatenus nefandū virus dudūq; damnatū, radicitus possit extingui, deus te custodiat incolumē dilectissime fili.

## EPISTOLA SECVNDA.

¶ Leo Theodosio Augusto.

**Q**uantū præsidij dñs Ecclesiæ suæ in fide vřæ clemētię p̄pararit, his etiā lris quas ad mem̄ misisti ostēdit, vt vobis nō solū regiū, sed etiā sacerdotālē animū in eē gaudeamus. Sigdem p̄ter imperiales & publicas curas, piissimā sollicitudinē Chřianę religionis habetis, ne, f. in p̄p̄o dei, aut schismata, aut hæreses, aut vlla scādala cōualecant, q̄a tūc erit optimus regni vři status, q̄n̄ sempiternę & incommutabili trinitati vnus deitatis cōfessione seruit. Quid autē in Constantinopolitana Ecclesia pturbatōis acciderit, qd̄ ita frēm & coep̄m nřm Flauianū potuerit commouere, vt Euticen p̄b̄m cōione priuaret, nondū potui euidēter cognoscere. Quāuis em̄ prædictus p̄b̄r ad sedē aplicam p̄ libellū doloris sui querimonia miserit, breuiter tñ aliqua prælibauit asserēs se Nicęnæ synodi constituta seruante frustra in fidei diuersitate culpātū. Eusebij autē Ep̄i accusatoris eius libellus, cuius exēplaria ad nos p̄dictus p̄b̄r misit, de obiectōis euidētia nihil habebat. Sed cū p̄b̄o hæreseos crimē intēderet, quē tñ nostrū sensum arguerit, non euidēter exp̄ssit, quis & ip̄e Ep̄s Nicęnæ synodi p̄fiteat in hac re se eē decretis, propter qd̄ non habuimus, vnde aliqd̄ diceremus. Et q̄a causę meritum fidei rō & laudabilis sollicitudo vřæ pietatis exegit, necesse ē, iā locū subreptōibus nō patere, s; prius de q̄bus eum estimat arguendū iſtrui nos oportet, vt possit de bene cognitis congrue iudicari. Ad p̄dictū autē Ep̄m dedi lras q̄bus mihi displicere cognosceret, q̄ ea quę in tanta causa gesta fuerāt etiam nimio silētio reticeret, cū studere debuerit primitus nobis cūcta referare. Quē credimus, vel post admonitōem oīa ad nostrā notitiā relaturū, vt in lucē ductis his quę adhuc vident occulta, id quod Euangelicę & Apostolicę doctrinę conuenit, iudicet. Data ad Calēdas Martias, Asterio & Protogene consulibus.

¶ Epistola beati Leonis Papę ad Flauianū Constantinopolitanū Ep̄m, vbi quærit, cur Eutices ab Ecclesia fuerit separatus.

## EPISTOLA TERTIA.

¶ Dilectissimo fratri Flauiano Leo, &amp; cetera.

**C**um Chřianissimus, & clemētissimus imperator sanctę & laudabilis fidei p̄ Ecclesię catholicę pace sollicitus ad nos scripta trāsmiserit, de his q̄ apud vos pturbatōis strepitū mouerāt. Miramur fraternitatē tuā, q̄cqd̄ illud scādali fuerit, nobis filere potuisse, & non potius, pcurasse, vt primitus nos insinuatio tuę relatōis instrueret, ne de re; gestarū possemus fide ambigere. Accepimus em̄ libellū Euticetis p̄b̄i, q̄ se querit accusante Eusebio Ep̄o immerito cōione priuatū, maxime cū euocatū se affuisse testet, nec sui p̄sentia denegasse, adeo vt in ip̄o iudicio libellū appellatōis suę asserat obtulisse, nec tñ fuisse susceptū, qua rōne compulsus sit, vt cōtestatorios libellos in Constātinopolitana vrbe pponeret. Quibus rebus itercedētib; necdū agnoscimus quā iustitia à cōione Ecclesię fuerit separatus. Sed respiciētes ad causam facti tui nosse volumus rōnē, & vsq; ad nostrā notitiā cūcta deferri. Quā nos q̄ sacerdotū domini maturavolumus eē iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusq; partis præiudiciū definire, priusq; vniuersa quę gesta sunt veraciter audiamus. Sed ideo fraternitas tua p̄ idoneā maxime aptamq; psonā, plenissima nobis relatōe significet, qd̄ contra anti quam fidē nouitatis emerferit, qd̄ seueriori snia dignū fuerit v̄ndicari. Nā & Ecclesię moderatio & religiosissimi principis fides multā nobis sollicitudinē Chřianę pacis indicūt, vt amputatis dissensionibus fides catholica inuoluta seruet, & his q̄ praua defendūt ab errore reuocatis, nostra autoritate, quo; fides pbata fuerit, muniant. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas asferri, cū memoratus p̄b̄r libello p̄prio sit p̄fessus, paratū se eē ad corrigendū, si qd̄ in se inuentū fuerit, qd̄ rephēsiōe sit dignū. Decet em̄ in talibus causis hoc maxime, puideri, vt sine strepitu concertationū, & charitas custodiat, & veritas defendat frater charissime. Et ideo q̄a dilectio tua de tanta causa nos videt necessario eē sollicitos q̄ plenissime & lucide vniuersa nobis qd̄ añ facere debuit, indicare festinet, ne iter asertōes partiū aliq̄ ambiguitate fallamur, & dissensio q̄ in suis initijs abolēda ē, nutriet. Cū in corde nřo ea obseruātia deo inspirāte p̄maneat, ne constitutōes venerabiliū p̄m diuinitus roborate, & ad soliditatē fidei ptinētes, praua cuiusq; interpretatōe violent, Deus te custodiat incolumem frater charissime.



# Epistole Leonis pape.

## EPISTOLA QVARTA.

Rescriptum Flauiani ad beatum Leonem Papam.

### INCIPIUNT CAPITVLA.

De subdoli hostis insidijs

De blasphemijs Euticetis

De fraudulenta subtilitate hæreticorum

De excommunicatione eius iustissima

Omino beatissimo & deo amabili Leoni Flauianus in domino æternam salutem.

#### Capitulum Primum.

**D** Nulla res diaboli venena cõpescit, nec cõtinet mortiferas ei⁹ sagittas. Sursum em̃ atq; deorsum puolās q̃rit q̃s possit occidere, q̃s possit superare, q̃s possit deuorare. Propter quā rē vigilandū est in oronibus, atq; id opandū est, vt fatuas inq̃sitos euitare possim⁹. Decet at̃ sequi p̃res ñros, nec cõmutare definitionē eorū p̃petuā, quorū sc̃dm sacras scripturas didicimus regulā. Depositis ergo fletibus & lachrymis, q̃a summo clericus degēs gradu inuasus ē à fero demone, & nō potui eū liberare, nec auferre de tali lupo, q̃ aīam meā p̃ illo paratus erā ponere. Quō raptus sit, quō resiliuit à p̃posito diuino, & ad illū cucurrit, q̃ perdere consuevit p̃cepta p̃m declinās & constituta eorū despiciēs iam incipio enarrare.

**E II** Sunt em̃ q̃dā veste sua oues significantes interius lupi raptores, quos ex fructibus eorū debemus agnoscere. Isti prima fronte vident̃ eē de numero nostro, sed nō sunt de numero nostro. Si em̃ de nūero ñro eēnt, nobiscū māssissent. Quātum aut̃ ceperunt asumere impietatem illud qd̃ occultabat in illis aperit̃, & dolus omnis fit oībus manifestus. Inueniunt autē infirme fidei homines, & q̃ diuinas lectōes nesciant, & secum eos in p̃ditionē p̃cipitant dissipātes & vituperātes patrum disciplinas, & reliquas sanctas scripturas ad suā p̃ditionē, quos debemus p̃uidere, & à quibus multum cauere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant de sua firmitate. Exacuerunt em̃ linguā suā quasi serpētes, & venenum in labijs habēt quasi aspides. De his hæc Propheta clamauit.

**F III** Talis nobis Eutices emerfit quondā p̃b̃r & archimādrites, q̃ quasi nostræ religionis seclatam sapiebat, & hāc p̃ferebat, Nestorij at̃ impietate confirmabat, & succingebat. p̃ Nestorio militare in pugna, quæ cōtra Nestoriū parabat. Trecetorū aut̃ decē & octo sanctorū p̃m de fide expositionē factā, & sanctæ memoriæ Cyrilli eplām scriptā ad Nestoriū, vlt̃ ad filios eius q̃bus oēs assenserūt, tētaui euellere antiquā impij Valētini & Apollinaris reparās sectā, & nō timuit p̃ceptū veri dei dicētis, Quicūq; sc̃d alizauerit vnū de pusillis istis, expedit ei vt mola asinaria alligēt collo eius, & demergat in pfundū maris. Verecudiā aut̃ oēm abiecit, & quā gerebat infidelitatis pellē excutiēs in sancta synodo asseribat instāter dicēs: Dñm Iesum Ch̃m non oportere cõfiteri de duabus naturis post hūanā susceptionē, cū à nobis vnus subst̃tiæ, & vnus p̃sonæ cognoscit̃, neq; carnē dñi cõessentialē nobis subsistere tanq̃ ex nobis susceptā, & cõadunatā dei verbo sc̃dm subst̃tiā. Sed dicebat virginē qdē quē eū genuit sc̃dm carnē cõsubstantialē nobis eē. Ip̃m at̃ dñm nō suscepisse ex ea carnē cõsubstantialē nobis, sed corpus dñi non esse qdem corpus hoīs, humanum vero corpus eē quod est ex virgine.

**G IIII** Sed ne multa dicēs longā faciā eplām olim q̃cqd̃ egerimus, misimus ad btitudinē vestrā, q̃bus l̃ris docuimus, & p̃sbyterio illum eē nudatū, q̃a sic captus est, & iussimus eū cum monasterijs nullam h̃re rōnē, & exclusimus eum à cõione nostra, vt sanctitas ṽra hoc cognoscens quod circa illum actum est, oībus Ep̃is sub beatitudine vestra degētibus manifestare dignet̃ illius impietate, ne nesciēs aliqui qd̃ ille sentiret quasi ad orthodoxum vel p̃ l̃ras, vel p̃ aliquam coniunctionem loquantur.

Rescriptū Leonis papæ ad Flauianū Cōstātinopolitanū epl̃m cōtra Euticetis heresim.

### INCIPIUNT CAPITVLA.

Quā ignorantia sanctarū scripturarū Euticem hæreticum fecerit

ramētum vel confusione argumentant̃

Contra eos q̃ in duos filios disp̃sarōis dominicæ mysterium scindere molunt̃

Contra eos qui cœlestē aut alterius cuiusq; subst̃tiæ existere formā serui quam ex nobis assumpsit infaniendo asserunt

Contra eos qui passibilem diuinitatem vni geniti filij dei audent asserere

Contra eos qui duas quidem ante adunationē naturas deum delirant, vnā vero post adunationem cõfingunt

Contra eos qui in duas naturas Ch̃i tēpe-

Ep̃stola Leonis Papæ ad Flauianum Ep̃iscopum.

Ep̃la .V.

**H** Ec̃tis dilectōis tuæ l̃ris quas miramur fuisse tam seras, & gestorū Ep̃alium ordine recē sito, tandē, qd̃ apud vos sc̃dali cōtra integritatē fidei exortū fuisset, agnouimus, & q̃ prius videbant̃ occulta, nūc nobis reſerata patuerūt. Quibus Eutices q̃ p̃byterij noīe honorabilis videbat̃, multum imprudēs, & nimis imperitus oñdit̃, vt etiā de ipso dictum sit



etum sit à pphetas: Noluit intelligere vt bene ageret, iniquitatē meditatus ē in cubili suo. Quid aut iniquius q̄ impia sapere, & sapiētiōribus doctioribusq; nō credere? Sed in hac insipitiā cadūt, q̄ cū ad cognoscēdā veritatē aliq̄ impediunt obscuro, nō ad ppheticas voces, nō ad aplicas lras, nec ad euāgelicas autoritates, sed ad semetip̄os recurrūt. Sed ideo magistri erroris existūt, q̄a veritatis discipulī nō fuere. Quā em̄ eruditōne de sacris noui & veteris testamēti paginis acq̄suiuit, q̄ nec ip̄ius qdē symboli initia cōphēdit: Et qd̄ per totū mundū oīm regene rādoꝝ voce depromit, istius adhuc senis corde non capit. Nesciēs igit qd̄ deberet de verbī dei incarnatōe sentire, nec volēs ad pmerendū intelligētē lumē in sanctas scripturas latitudine laborare, illā saltē cōm, & indiscretā cōfessionē sollicito apphēdisset auditu, quā fidelīū vniuersitas p̄fitef credere se in deū patrē oīpotentē, & in Iesum Chr̄m filiū eius vnicū dñm nrm, q̄ natus est de spū sancto & Maria virgine. Quibus tribus sentētijs oīm ferē hēreticoꝝ machinæ destruunt. Cū em̄ deus & oīpotēs credit, & p̄r sempiternus, eidē filius demōstrat in nullo à p̄e differēs, q̄a de deo deus, de oīpotētē oīpotēs, de æterno natus est cogiternus. Nō posterior tpe nō inferior p̄tate, nō dissilis gloria, nō diuisus eēntia. Idē vero sempiterni genitoris vnigenit⁹ sempiternus natus ē de spū sancto & Maria virgine. Quæ natiuitas tp̄alis illi natiuitati diuinæ & sempiternæ nihil minuit, nihil cōtulit, sed totā se reparādo hominī q̄ erat decept⁹, impēdit, vt mortē vinceret, & diabolu q̄ mortis habebat imperiū, sua virtute destrueret. Nō em̄ superare possem⁹ p̄cti & mortis autorē, nisi naturā nostrā ille susciperet, & suā faceret, quē nec p̄ctm cōtaminare, nec mors potuit detinere. Cōceptus qp̄e ē de spū sancto intra vterū m̄ris virginis, q̄ ita illū salua virginitate ædidit, quēadmodū salua virginitate cōcepit. Sed si de hac Chr̄ianæ fidei fonte purissimo syncerū itellectū haurire nō poterat, q̄a splēdorē p̄spicue veritatis obcæcatōe sibi pp̄ria tenebrarat, doct̄inā se Euāgelicę subdidisset, & dicētē Matth̄eo: Liber generatōis Iesu Chr̄i filij David, filij Abrahā, aplicę q̄q; p̄dicatōis expetisset instructū, & legēs in ep̄la ad Romanos: Paulus seruus Iesu Chr̄i vocatus ap̄ls, segregatus in euāgelij dei, qd̄ an̄ p̄miserat p̄ pphetas suos in scripturis sanctis de filio suo q̄ factus ē ei ex femine David scdm carnē ad ppheticas paginas piā sollicitudinē cōtulisset, & inuenisset, p̄missionē dei ad Abrahā, dicētis: In femine tuo benedicent oēs gētes. Sed ne de huius feminis pp̄rietate dubitaret, secutus fuisset Ap̄lm dicentē: Abrahā dixit sunt, p̄missiōes, & semini eius. Nō dicit in feminibus quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qd̄ est Chr̄us. Esaiā q̄q; p̄dicatōne interiore apphēdisset auditu, dicētis: Ecce virgo in vtero cōcipiet, & pariet filiū, & vocabit nomē ei⁹ Emanuel qd̄ est it̄p̄ratū nobiscū deus. Eiusdēq; p̄phetæ fidelit̄ verba legisset: Puer natus ē nobis, filius datus ē nobis, cuius p̄as sup humerū ei⁹, & vocabit nomē ei⁹ magni cōsiliij angelus, admirabilis cōsiliarius, deus fortis, princeps pacis, p̄r futuri seculi. Nec frustratorē loq̄ns, ita verbū diceret carnē factū, vt edict⁹ vtero virginis Chr̄s haberet formā hoīs, & nō haberet m̄ni corporis veritatē. An forte ideo putauit dñm nrm Iesum nō nr̄e eē naturę, q̄a missus ad btām Mariā angelus ait: Spūs sanctus supueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & qd̄ nascet ex te, sanctū vocabit fili⁹ dei, vt q̄a cōceptus virginis diuini fuit opis, nō de natura cōcipiētis fieret caro cōcepti⁹. S; nō ita intelligēda ē illa gñatio singulariter mirabil, & mirabil singularis, vt p̄ nouitātē creatōis, pp̄rietas remota sit gñis, sc̄cūditatē em̄ virgini spūs sanctus dedit, veritas aut̄ corporis sumpta de corpe ē, & edificatē sibi sapiā domū verbū caro factū est, & habitauit in nobis hoc est, in ea carne quā sumpsit ex hoīe, & quā spū vitæ rationalis animauit.

II ¶ Salua igit pp̄rietas vtriusq; naturę & in vnā coeūte p̄sonā, suscepta ē à maiestate hūilitas A à virtute ifirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad resoluēdū conditōis nr̄æ debitū natura iuiolabil naturę ē vnita passibili, vt qd̄ nr̄is remedijs cōgruebat vn⁹ atq; idē mediator dei & hoīm, hō Chr̄s Iesus & mori posset ex vno, & mori nō posset ex altero. In it̄gra ergo veri hoīs p̄fectaq; natura ver⁹ natus ē de tot⁹ in suis, tot⁹ in nr̄is. Nostra at̄ dicimus q̄ in nobis ab initio creator cōdidit, & q̄ reparāda suscepit. Nā illa q̄ deceptor itulit, & hō deceptus admisit, nullū habuere in saluatore vestigiū. Nec q̄a cōiōne humanæ subijt ifirmitatū, ideo nr̄os fuit p̄iceps delictorū. Assumpsit formā serui sine sorde p̄cti, hūana augēs, diuina nō minūēs. Quia exinanitio illa q̄ se iuisibilē visibilē p̄buit, & creator ac dñs oīm regū vnus voluit eē mortaliū, iclatio fuit miserationis nō defectio p̄tatis. Proinde q̄ manēs in forma dei fecit & hoīm, idē i forma serui factus ē hō. Tenet ergo sine defectu pp̄rietas suā vtraq; natura, & sicut formā serui dei forma nō adimit, ita formā dei serui formā nō minuit. Nā q̄a gl̄iabat diabol⁹ hoīm sua fraude deceptū diuinis caruisse m̄uerib⁹ & immortalitatis dote nudatū, durā mortis subijisse sn̄as, sc̄q; i mal⁹ suis qd̄ dā de p̄uicatoris cōsortio iuenisse solatiū, deū q̄ iustitię exigētē rōne erga hoīm quē in tāto honore cōdiderat, pp̄riā mutasse sn̄iam opus fuit secreti disp̄satōe cōciliij, vt icōmutabil⁹ deus (cuius volūtas nō p̄r sua benignitate priuari) primā erga nos pietatis suę disp̄sationē sacro ocultiore cōpleret, & hō diabolicę iniquitatis verlutia act⁹, in culpā cōtra dei p̄positū nō periret.

¶ Ingre



## Epistole Leonis pape.

**B III** ¶ Ingređit ergo hæc mūdi infima filius dei de cœlesti sede descēdēs, & à pāterna gloria nō recedēs, nouo ordine, noua natiuitate gñatus. Nouo ordine, q̃a inuisibilis in suis, visibilis factus ē in nris. Incomphēibilis voluit comphēdi. Ante tpa manēs, eē cepit ex tpe. Vniuersitatis dñs seruilē formā obumbrata maiestatis suæ imēstare suscepit. Impassibilis deus nō dedignatus est eē hō passibilis, & imortalis mortis legibus subiacere. Noua aut natiuitate gñatus, q̃a inuolata virginitas concupiscētiā nesciuit, carnis materiā ministravit. Assumpta ē igit de matre dñi natura non culpa, nec in dño Iesu Ch̃ro ex vtero virginis genito, q̃a natiuitas ē mirabilis, ideo nra ē naturæ dissimilis, q̃ em̃ verus ē deus, idē verus ē homo, & nullum ē in hac vnitate mēdaciū, dū inuicē sunt, & humilitas hoīs, & altitudo deitatis. Sicut em̃ deus nō mutat miferatōe, ita homo nō consumit dignitate. Egit em̃ vtrq; forma cū alterius cōione qđ p̃priū est verbo, s. opante qđ verbū ē, & q̃ carnis ē carne exequēte. Vnū horū choruscant miraculis, aliud succūbit iniurijs, & sicut verbū ab æ qualitate p̃fina gloriæ nō recessit, ita caro naturā nri gñis nō relinquit. Vnus em̃ idēq; est, qđ sæpe dicēdum ē verē dei filius, & verē hoīs filius. Deus p̃ id qđ in principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū. Homo p̃ id qđ verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Deus p̃ id qđ oīa p̃ ipm̃ facta sunt, & sine ip̃o factū est nihil, hō p̃ id qđ factus ē ex muliere, factus ē sub lege. Natiuitas carnis manifestatio ē humanæ naturæ. Partus virginis diuinæ ē virtutis indicium. Infantia paruuli ostēdit humilitate cunay. Magnitudo altissimi declarat vocibus angelorū. Silis est rudimentis hominum, quē Herodes impius molit occidere. Sed dñs est omnium, quē magi gaudēt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Iohannis baptismum veniret, nec lateret quod carnis velamine tegeret, vox patris de cœlo intonans, dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quē itaq; sicut hominē diabolica tētat auitutia, eidē sicut deo angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lascescere, atq; dormire euidenter humanum est. Sed & de quinq; panibus, quinq; milia hominum faciare, & largiri Samaritanæ aquam viuam cuius haustus bibēti præstat, ne vltra iam fiat, & supra dorsum maris plantis non subfidētibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tēpestate consternere, sine ambiguitate diuinum ē. Sicut ergo (vt multa præteream) non eiusdē naturæ est flere miserationis affectu amicum mortuum, & eundē remoto quatrīduag aggere sepulturæ ad vocis imperium excitare rediuuium, aut in ligno pēdere, & in noctē luce conuersa omnia elemēta tremefacere, aut clauis transfixum eē, & paradisi portas fidei latronis aperire, ita non eiusdē naturæ est dicere: Ego & pater vnum sumus, & dicere, pater maior me est. Quāuis em̃ in domino Iesu Christo dei & hoīs vna psona sit, alius tamē est, vñ contumelia aliud vnde communis ē gloria. De nostro enim illi ē minor patre humanitas, de patre illi est æqualis cum patre diuinitas.

**C IIII** ¶ Propter hanc vnitatē psonæ in vtrq; natura intelligēdā, & filius hoīs legi descēdisse de cœlo, cū filius dei carnē de ea virgine, de qua ē natus, assumpserit. Et rursus filius dei crucifixus dī ac sepultus, cū hæc nō in diuinitate ip̃a qua vnigenitus cōsempiternus & cōsubstantialis ē p̃ri, sed in naturæ humanæ sit ifirmitate p̃pessus. Vnde vnigenitū filiū dei crucifixū & sepultū oēs etiā in symbolo cōfitemur scdm̃ illud Ap̃li: Si em̃ cognouissent, nunq̃ dñm maiestatis crucifixissent. Cū aut ipse dñs n̄r atq; saluator fidē discipulorū suorū suis iterrogatōibus erudiret, quē, inq̃t, dicunt hoīs eē filiū hoīs: Cūq; illi diuersas aliorū opiniones retexuissent, vos aut ait quē me eē dicitis: Vbi bt̃s Petrus diuinitus inspiratus, & cōfessione sua oībus gētibus pfuturus. Tu es, inq̃t, Ch̃sus filius dei viui. Nec īmerito bt̃s est, pnuntiatus à dño, & à principali petra soliditatē, & virtutis traxit & noīs, q̃ p̃ reuelationē p̃ris, eūdē & filiū dei ē cōfessus & Ch̃sm, q̃a vnū horū sine alio receptū nō proderat ad salutē. Sed æqualis erat piculi dñm Iesum Ch̃sm aut deū trīmodo sine hoīe, aut sine deo solum hoīem credidisse. Post resurrectionē vero dñi quæ vtiq; veri hoīs fuit, q̃a alter non ē resuscitatus, q̃ qui fuerat crucifixus, & mortuus, qđ aliud quadraginta dieꝝ mora gestum ē, q̃ vt fidei nostræ integritas ab oīni caligine mundaret. Colloquēs em̃ cū discipulis suis, & cohabitās atq; conuescēs, & p̃tractari se diligētī curiosorū contactu ab eis quos dubietas p̃stringebat admittēs. Ideo clausis ad discipulos ianuis itroibat & flatu suo dabat sp̃m̃ sanctū, & donato intelligētīæ lumine sanctæ scripturæ occulta pandebat. Et rursus, idē vulnus lateris, fixuras clauorū, & oīa recētissimæ passionis signa monstrabat, dicēs: Videte manus meas & pedes, q̃a ego sum, palpate & videte, q̃a sp̃s carnem & ossa non habet sicut me videtis habere, vt cognoscere in eo proprietates diuinæ humanæq; naturæ indiuidua pmanere, & ita sciremus verbū nō hoc eē qđ carnē vt vnū dei filiū & verbū cōsistere m̃r & carnē. Quo fidei sac̃o Eutices iste nimīū æstimandus ē vacuus, q̃ naturā nostrā in vnigenito dei nec p̃ humilitatē mortalitatis, nec p̃ gloriā resurrectionis agnouit. Nec sñiam beati Pauli, & Euangelistæ Iohannis expauit dicēs: Omnis sp̃s q̃ confitetur Iesum Ch̃sm in carne venisse ex deo ē, & oīs sp̃s q̃ soluit Iesum, ex deo non ē, & hic ē Antich̃sus. Quid autē est soluere Iesum



Iesum nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum fidei p quod saluati sumus impru-  
dentissimis euacuare signmentis. Caligans vero circa naturā corporis Chři, necesse ē vt etiam in  
passione eius eadē obcaecatōe desipiat. Nam si crucē dñi non putat falsam & susceptū pro mun-  
di salute supplicii vērū fuisse non dubitat, cuius credit, agnoscit & carnē. Nec diffiteat nostrū  
corpi hominē quē cognoscit fuisse passibile. Qm negatio veræ carnis, negatio ē etiā corpore  
passionis. Si em Chrianam suscepit fidē, & a prædicatōe Euangelij suū non auertit auditū, vi-  
deat quæ natura transfixa clauis pepēderit in crucis ligno, & apto p militis lanceā latere cru-  
cifixi, intelligat vnde sanguis & qua effluerint, vt Ecclesia dei lauacro rigaret & poculo. Au-  
diat bñm Petrū apostolū prædicantē, quod sanctificatio spūs p asperione fiat sanguis Chřisti.  
Nec transitoriē legat eiusdē Apli verba dicētis: Sciētes, q non corruptibilibus argēto & au-  
ro redēpti estis de vana vīa conuersatōe pñæ traditōis, sed p cioso sanguine quasi agni incon-  
taminati Iesu Chři. Beati quoq; Iohannis apli testimonio non resistat dicētis. Sed sanguis Iesu  
filij dei emūdat nos ab omni pñtō. Et itē: Hæc ē victoria quæ vincit mundū, fides nra. Et qd  
q vincit mundū, nisi q credit qm Iesus ē filius dei. Hic est q venit p aquā & sanguinē Iesus Chřs.  
Non in aqua solū, sed in aqua & sanguine. Et spūs ē qui testificat, qm Chřs ē veritas. Quia tres  
sunt q testimoniū dant: Spūs, aqua, & sanguis, & hi tres vnū sunt. Spūs vtiq; sctificatōis, & san-  
guis redēptōis, & aqua baptisimatis, q tria vnū sunt, & indiuidua manēt, nihilq; eorū a sui con-  
nexionē se iungit. Quia catholica Ecclesia hac fide viuūt ac pficit, vt in Chřo Iesu nec sine vera  
diuinitate humanitas, nec sine vera credat humanitate diuinitas.

V ¶ Cum aut ad interlocutionē examinis vestri Eutices rñderit, dicēs: Cōfiteor ex duabus A  
naturis fuisse dñm nostrū an adunationē, post adunationē vero vnā naturā confiteor, miror  
tā absurdā tāq; pueriam eius pfectionē nulla iudicantiū increpatōe repñsam, & sermonē ni-  
mis inspiētē, nimisq; blasphemum ita omisum, quasi nihil qd offenderet, eēt auditū, cū tam  
impie duas naturas an incarnationē vnigenitus dei filius fuisse dicat q nephariē, postq ver-  
bū caro factū est, natura in eo singularis asserit, qd ne Eutices ideo vl recte vl tolerabilr æsti-  
met dictū, q nulla nostra ē snā cōfutatō sollicitudis tuæ diligētiā cōmonemus frater charis-  
sime, vt si p inspirationē mīæ dei ad satisfactiōē causā pducit, imprudētia hoīs iperiti etiam  
ab hac sensus sui macula p te purget. Quia qdē sicut gestorū ordo patefecit bñ cēperat a sua p-  
suasione discedere cū ex vīa snā coarctatus pfiteret se dicere qd an non dixerat, & ei fidei ac-  
gescere cuius pri⁹ fuisset alienus. Sed cū anathematizando ipio dogmati voluisset pberē cōsen-  
sum, intellexisset eū fraternitas vīa in sua manere pfidia dignūq; eē, q iudiciū condēnatōis exci-  
peret. De quo si fidelit atq; vtiq; dolet, & q rectē mota sit epālis autoritas vl fereū cognoscat.  
vl si ad satisfactōis plenitudinē oīa quæ ab eo male sunt sensa viua voce, & in pñti subscriptōe  
dānauerit, nō erit repñsibilis erga correptū quātacūq; miseratio. Dñs noster verus & bonus  
pastor qāiam suā posuit pro ouibus suis, & q venit aīas hoīm saluare, non pdere, imitatores  
nos vult eē suæ pietatis, vt peccātes qdē iustitia coerceat, conuersos autē misericordia non re-  
pellat. Tunc em demū fructuosissime fides vera defendit quādo etiā a sectatoribus suis opinio  
falsa dānat. Ad omnē vero causam piē ac fidelit exequēdam frēs nostros Iulianum Ep̄m & re-  
natum pb̄m tituli sancti Clemētis, sed & filiū meū Hilariū diaconū vice nra direximus. Qui-  
bus dulcitiū notariū nostrū, cuius fides nobis ē sæpe probata sociauimus, cōfidētes affuturū di-  
uinitatis auxilium, vt is q errauerat dānata sensus sui prauitate saluet. Data Idus Iunij Asterio  
& Protogene consulibus Era. CCCC. LXXXVI.

¶ Item eiusdē Epistolæ ad Iulianum ep̄m Coensem. Epistola VI.

¶ Dilectissimo fratri Iuliano Episcopo, Leo, &c.

L Icet p nostros quos ab vrbe p fidei causa direximus plenissimas ad frēm Flavianū li- B  
teras miserimus contra nimix impietatis errorē, tamē qā p filium nostrum Basilū dia-  
conē scripta tuæ dilectōis accepimus quæ multū nobis catholici sensus feruore placue-  
runt, etiā hanc paginā quæ illis epistolis consonaret adiecimus, vt vnanimiter atque  
constāter his qui Euāgelium Chři corrumpere cupiunt resistatis, qm sancti spūs in nobis atq;  
vobis vna est eruditio eadēq; doctrina quam qcunq; non recipit, non est mēbrum corporis  
Chři, nec p̄t eo capite gloriari in quo naturā suā asserit non haberi. Quid at prodest imprudē-  
tissimo feni Nestorianæ hæreseos noīe eorū lacerare opinionē quorū pñssimā cōuellere nō p̄t,  
fidē, cū quātū Nestorius a veritate discessit deitatē verbi ab assumpti hoīs substantia separando  
tū a recto tramite etiā iste deciscat q vnigenitū dei filiū sic de vtero beatæ virginis p̄dicat na-  
tū vt humani qdē corporis spēm gesserit, sed hūanæ carnis veritas verbo vnita nō fuerit. De q p-  
digio falsitatis qd nō videat quæ opinionū mōstra nascant. Negator em mediatoris dei & ho-  
minū hoīs Iesu Chři, necesse ē vt multis impietatibus impleat, eūq; Apollinaris sibi v̄dicet, aut  
Valēntinian⁹ vsurpet, aut Manich⁹ obtrineat, qz null⁹ in Chřo hūanæ carnis credidit veritatē.  
Qua vti.



## Epistole Leonis pape.

Qua utiq; nō recepta non solū q; scdm carnē atq; aīam rōnalē qui erat in forma dei manēs, idē in forma serui hō natus denegat, sed etiā q; crucifixus ē, & mortuus, ac sepultus, quodq; die tertia surrexit, & qd ad dexterā p̄ris ad iudicādos viuos & mortuos in eo corpe sit vēturus, in quo est iudicatus abnuif. Quia hęc credēptōis nostrę sacra vacuant, si Ch̄sus verā veri hoīs totāq; naturā suscepisse nō credit. An qā manifesta erāt signa diuina, falsa dicentē documēta corporea & testimonia vtriusq; naturę valebūt, vt creatura saluet. Qd deitatis ē, caro nō minuit, qd carnis ē, deitas nō peremitt. Idē em̄ & sempiternus ex p̄re, & tpalis ex m̄re in sua virtute inuiolabilis, in n̄ra infirmitate passibilis. In deitate trinitatis cū p̄re & cū spū sancto vnus eiisdēq; naturę. In susceptōe aut hoīs nō vnus substātię, sed vnus eiisdēq; p̄sonę, vt idē eēt diues in paup̄rate, oīpotēs in abiectiōe, impassibilis in supplicio, in morte immortalis. Nec em̄ verbū aut in carnē, aut in aīam aīqua sui parte cōuersum est, cū simplex & incōmutabilis natura deitatis tota sit semp in sua eēntia, nec damnū sui recipiēs, nec augmētum, & sic assumptā naturā beatificans vt glorificata in glorificāte p̄maneat. Cur autē incōueniēs aut ipossibile videat vt videlicet & caro & aīa vnus Iesus Ch̄sus, & vnus dei hoīsq; sit filius, si caro & aīa quę dissimiliū naturę sunt, vnā faciunt etiā sine verbi incarnationē p̄sonā, cum multo facilius sit, vt hęc vnitate sui atq; hoīs deitati p̄stet p̄tās, quā vt eā in substātijs suis obtineat solius humanitatis infirmitas. Nec verbum igit in carnē, nec in verbum caro mutata ē, sed vtrq; in vno manet, & vnus in vtroq; est, nō diuersitate diuisus, nō permixtōe cōfusus, nec alter ex p̄re, alter ex m̄re, sed idē aliter ex p̄re aīa om̄e principiū, aliter de m̄re in fine seculorū, vt eēt mediator dei & hoīm, hō Iesus Ch̄sus. In quo habitaret plenitudo diuinitatis corporāl̄, qā assumpti nō assumētis p̄uēctio ē, q; deus illū exaltauit, & donauit illi nomē quod ē sup om̄e nomē, vt in noīe Iesu om̄e genu flectat, cōlestium, terrestrium, & infernorū, & oīs lingua confiteat, qm̄ dñs Iesus Ch̄sus in gloria est dei p̄ris. In eo quod Eutices in episcopali iudicio ausus est dicere, aīa incarnationē duas in Christo fuisse naturas, post incarnationē aut vnā necessarium fuerat, vt ad reddēdum rationem professionis suę crebris atq; sollicitis iudicum interrogationibus vrgeret, ne tanquā inane aliqd p̄terflueret, quod nō nisi de haustu venenatorū dogmatum apparebat effusum. Arbitror enim talia loquentē hoc habere p̄suasum quod anima quam saluator assumpsit prius in celis sit commorata quam de virgine nasceret, eamq; sibi verbum in vtero copularet. Sed hoc Catholicę mētēs auresq; non tolerāt, quia nihil secum dñs de celo veniēs nostrę conditionis exhibuit. Nec animam em̄ quę anterior extitisset, nec carnē quę nō materni corporis eēt accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, vt prius creata post assumere, sed vt ipsa assumptōe crearet. Vnde quod in Origene merito damnatū est, q; animarū anteq; corporibus infererent, non solū vitas, sed & diuersas fuisse asserit actiones, necesse ē, vt etiā in isto nisi maluerit sniam abdicare, plectat. Natiuitas em̄ dñi scdm carnē, quis habeat quędā propria qbus humanę conditionis initia transcendat, siue quod solus ex sancto spū ab inuiolata virgine sine concupiscētia est conceptus & natus, siue quod ita visceribus matris ē editus, vt & fecunditas pareret, & virginitas p̄maneret, non alterius tñ naturę erat eius q; nostra, nec alia illi quā ceteris hominibus anima est inspirata principio, quę excelleret nō diuersitate genetis, sed sublimitate virtutis. Nihil em̄ carnis suę habebat aduersum. Nec discordia defideriorū gignebat cōpugnantia voluntatū. Sensus corporei vigeabant sine lege peccati & veritas affectionū submoderamine deitatis & mētis. Nec tētabat illecebris, nec cedebat iniurijs. Verus homo vero vnus ē deo, nec scdm existētē prius aīam deductus ē celo, nec scdm carnē creatus ex nihilo. Eādem gerēs in deo verbi dei p̄sonam, & tenēs cōdem nobiscū in corpore aīaq; naturam. Nō em̄ eēt dei hoīmq; mediator, nisi deus idēq; homo in vtroq; vnus eēt & verus. Incitat equidē nos ad latitudinē differēdi materię magnitudo, sed apud eruditionē tuā non ē copia laborandum. Præsertim iā cum p̄ nostros ad frēm Flavianū sufficiētes l̄ras miserimus ad confirmandos animos non solū sacerdotū, sed etiam laicorū. Præstabit vt credimus misericordia dei, vt absq; cuiusq; animę detrimēto possint aduersum diaboli dolos & sana defendi & vulnerata curari. Data idus Iunij Asterio & Protogene consulis.

### ¶ Epistola Septima.

¶ Cæsari Theodosio religiosissimo & p̄ssimo Augusto Leo papa Ecclesię Catholicę vrbis Romę.

**C**Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina digne, sollicitudo clementię vestrę spū dei incitata demonstrat, quę in Catholica ecclesia nihil impacatū, nihil vult esse diuersum, quoniam fides quę non nisi vna est, in nullo pōt ē sui dissimilis. Vnde licet Eutices quātū gestorū epālū ordo patefecit, imperite atq; iprudēter errare detectus sit, debueritq; a sua merito reprobabili p̄suasione discedere, qm̄ tñ pietas v̄sa q; in honorē dei religiosissima catholicā diligit veritatē apud Ephesum cōstituit synodale concilium



ciliū vt imperitus in quo nimis caligat, incalescat, fratres meos Iulianū episcopū, & Renatum pbr̄m, & filiū meū Hilariū diaconū mihi, qui ad vicē p̄sentia meā pro negotij qualitate suffice-  
rent, & qui eū secū deferrent iustitiae, & benignitatis affectū, vt quā dubitari nō potest quā sit  
christianae confessionis integritas, & totius erroris prauitas dānaret, & respiscens qui deuiā-  
uerat, si pro venia supplicaret, sacerdotalis ei beniuolētia subueniret. Cū in libello suo quē ad  
nos misit, hoc saltē sibi ad promerendam veniam seruauit vt correctus se esse promitteret  
quicquid nostra snia de his q̄ male fēserat improbasset. Quid autē catholica ecclesia vniuersali-  
ter de sacro dñicā incarnationis credat & doceat, ad fratrē & coepiscopū nostrū Flavianum  
plenius cōtinent scripta q̄ misi. Data Idus Iunii, Asterio & Prologene consulibus.

¶ Leo Pulcherrimae Augustae. ¶ Epistola. VIII.

**Q**uantū p̄sidiū dñs ecclesiae suae in vestra clemētia p̄pararit multis saepe probauit. **A**  
mus documētis, & quicquid nostris tēporibus contra impugnatores catholicae ve-  
ritatis industria sacerdotalis obtinet ad vestrā maxime gloriā redundabit, dum si-  
cut à spū sancto didicistis. Illi per oīa potestātē vestrā subiicitis, cuius munere  
& protectione regnatis. Vnde quia contra integritatem fidei christianae dissensionem quan-  
dam in Cōstantinopolitana ecclesia Eutice autore generatam fratris & coepiscopi nostri Fla-  
uiani relatione cognoui, vt totius causae spēs synodaliū gestorum textus ostēderit, dignū  
gloriae vestrae est, vt error qui (vt arbitror) de imperitia magis q̄ de versutia natus est auferatur  
priusq̄ vllas sibi vires de consensu imprudentium, & p̄tinacia prauitatis acquirat, quia etiam  
ignorantia graues nōnūq̄ incidit lapsus, & plerūq̄ in diaboli ruit foueas incauta simplicitas, p̄  
quā in supradicto subrepsisse intelligo spm̄ falsitatis, vt dū aestimat se religiosus de filij dei ma-  
iestate sentire, si ei naturae nostrae veritatē inesse non dicat totū illud, q̄ verbū caro factum est  
vnius atq̄ eiusdē putet esse substantiae. Sed quantū Nestorius à veritate excidit, dū Christū q̄  
de matre solū hominē asserit natū, tantū etiā hic à catholico tramite deuiat, qui de eadē virgi-  
ne non nostrū credit æditā esse substantiā, nolens utiq̄ eā solius deitatis intelligi, vt qd̄ in for-  
ma serui gessit, & q̄ nostri similis fuit atq̄ conformis, quā dā nostrae naturae fuerit imago, nō  
veritas. Nihil autē prodest dominū nostrū beatae Mariae virginis filiū verū perfectūq̄ ho-  
minē dicere, si non illius generis homo creditur, cuius in euangelio p̄dicatur. Dicit em̄ Mat-  
thaeus. Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abrahā. Sed ita humanae originis or-  
dinē sequit, vt generationū lineas vsq̄ ad Ioseph, cui mater dñi erat desponsata, deducat. Lu-  
cas vero retrorsum successionū gradus relegens, ad ipsum humani generis principē redijt, vt  
Adā primū, & Adā nouissimū eiusdē ostendat esse naturae. Potuerat quippe omnipotentiae filij  
dei sic ad docendos hoīes apparere, quō & patriarchis, & prophetis in specie carnis apparuit  
cū aut luctamen iniijt, aut sermonē conseruit, cū vel officia hospitalitatis habuit, vel etiā appo-  
sitū cibū sumpsit. Sed illae imagines huius hoīs erāt iudicia cuius veritatē ex p̄cedentium pa-  
trū stirpe sumendā significationes mystice nuntiabāt. Sed ideo sacramētū reconciliationis  
nostrae ante tēpora aeterna dispositū mille implebāt figurā, quia nondū venerat spūs sanctus  
in virginē, nec virtus altissimi obumbrauerat ei, vt intra intemerata viscera edificāte sibi sapi-  
entia domū, verbū caro fieret, & forma dei, ac forma serui in vnā conueniente personā crea-  
tor tēporis nascere in tpe, & per quā facta sunt omnia, ipse inter oīa gigneretur. Nisi em̄ no-  
uus homo factus in similitudinē carnis peccati nostrae susciperet vetustatē, & consubstantialis  
patri, cōsubstantialis esse dignaret & matri, naturā sibi nostrā solus à peccato liber vniret sub  
iugo diaboli generaliter teneret humana captiuitas, nec aliter possideremus triumphātis vi-  
ctoriā, si extra nostrā esset cōfecta naturā. De hac autē participatōe mirabile sacramētū nobis  
regenerationis indulsit, vt p̄ ipsum spm̄ per quē Christus cōceptus est & natus, etiā nos q̄ per  
concupiscentiā carnis sumus geniti, spūali itē origine nasceremur. Propter quod ab euāge-  
lista de credētibus dicit. Qui non ex sanguinibus, neq̄ ex voluptate carnis, neq̄ ex voluntate  
viri, sed ex deo nati sunt. Cuius ineffabilis gratiae particeps nō est, nec potest filiorū dei adop-  
tionē cōsequi quisq̄s a fide sua hoc quod nos principaliter saluat, excludit. Vnde multū doleo  
multūq̄ cōrristor, q̄ hic q̄ ante de humilitatis proposito laudabilis videbat, cōtra vnicā spem  
nostrā patrumq̄ nostrorū vana nimis & stolidā audet astruere. Qui dū viderit insipientiae suae  
sensum catholicis auribus displicere, reuocare se à sua opinione debuerat, nec ita ecclesiae p̄su-  
les cōmouere, vt dānationis sniam mereret accipere, quā utiq̄ si in sua snia voluerit p̄manere  
nullus poterit relaxare. Sedis em̄ apostolicę moderatio hāc temperatiā obseruat, vt seuerius  
egat cū obduratis, & veniā cupiat p̄stare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia est de pieta-  
tis tuae syncerissima fide, obsecro gloriā clemētię tuę, vt sicut sancto studio tuo catholica p̄di-  
catio semp adiuta est, ita nūc quoq̄ eius faueat libertati, quā forte ideo p̄misit dñs hac tēratio-  
ne pulsari, vt q̄les intra ecclesiā lateāt, possit agnosci. Quoꝝ plane non est negligēda curatio,  
k vt nec



## Epistole Leonis pape.

vt nec epox nos contristet amissio. Augustissimus vero & christianissimus imperator cupiens q̄ celerrime turbata cōponi episcopali concilio quod Ephesi vult habere nimis breue & angustū rēpus indixit diem Calendar̄ prætuituēdo conuentui, cū à tertio die Iduū Maiar̄, quo serenitatis eius scripta suscepimus, maior pars reliqui sit tēporis absumēda, vt profectio sacerdotū, q̄ negotio sufficiant, valeat ordinari. Nā illud quod pietas eius etiā me credidit debere interesse concilio, etiā si secundū aliquod p̄cedens exigitur exēplū, nunc tñ nequaquā possit impleri, quia rex præsentiū nimis incerta conditio tantæ vrbis populis me abesse nō sineret & in desperationē quandā animi tumultuantium mitterentur, si per occasionē causæ ecclesiasticæ viderer patriā, & apostolicā sedē velle deserere. Quia igitur ad publicā hanc vtilitatē pertinuisse cognoscitis, vt salua clemētiā vestrę venia charitati meæ, & p̄cibus ciuiū non negarē in his fratribus meis quos vice mea nisi, me quoq; adesse cū cæteris æstimate, qui secundū causam satis mihi ex gestor̄ serie, & ipsius de quo agit professione patefactā euidenter, & plene quid seruandū esset, ostēdi. Non em̄ de portiuncula fidei nostrę q̄ nimis lucide clarescat queritur, sed hoc stultissima refutatio audet incessere, quod dñs noster in ecclesia neminem sexus vtriusq; voluit ignorare. Siquidē ipsius catholici symboli breuis & perfecta cōfessio, q̄ duodecim apostolor̄ totidē est signata sentētijs, tā instructa sit munitione cœlesti, vt oēs hereticorū opiniones solo ipsius possint gladio detruncari Cuius symboli plenitudinē, si Eutices puro & simplici voluisset corde cōcipere, in nullo à decretis Nicæni cōcilij deuiaret, & hoc à sanctis patribus intelligeret cōstitutū, vt cōtra apostolicā fidē quæ nō nisi vna est, nullū se ingenium, nullū eleuaret eloquiū. Sed ideo pro vestrę pietatis consuetudine laborare dignemini, vt qd cōtra singulare sacramentū salutis hūanę blasphēma insipientia protulit, ab omnī animis repellat. Ac si ipse q̄ in hanc tentationē incidit, resipiscat, ita vt p̄ liberalē satisfactionē propriū dānet errorē, cōmunio ei sui ordinis reformet. Quod etiā sancto Flauiano epo me clementia tua scripsisse cognoscat, vt charitas non negetur, si error aboletur.

¶ Leo Discoro ecclesiæ Alexandrinę Episcopo. ¶ Epistola IX.

**Q**uātū dilectiōi tuę dñicę charitatis impēdamus affectū, ex hoc poteris approbare, q̄ tua firmitus desideramus fundare initia, ne qd charitati tuę ad p̄fectionē deesse videatur, cū tibi specialis gratię merita, vt probauimus, suffragent. Paterna igitur, & fraterna collatio debet sanctitati tuę esse gratissima, & à te taliter suscipi, quæ ad modū à nobis eā intelligas proficisci. Vñ em̄ nos sentire oportet & agere, vt sicut legimus in nobis quoq; vñ esse cor, & anima comprobetur. Cum em̄ batissimus Petrus apostolicū à domino acceperit principatū, & Romana ecclesia in eius permaneat institutis, nephas est credere, q̄ sanctus discipulus eius Marcus, q̄ Alexandrinā primus ecclesiā gubernauit, alijs regulis traditionum suar̄: decreta formauerit, cum de eodē fonte gratię vnus spūs fuerit, & discipuli, & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, q̄ quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, vt cū vnus nos corporis & fidei fateamur in aliquo discrepemus, & alia doctoris, alia discipuli instituta videant. Quod ergo à patribus nostris prop̄sore cura nouimus esse seruātū, à vobis volumus custodiri, vt non possim diebus omnibus sacerdotalis vel leuitica ordinatio celebret, sed post diē sabbati eius noctis in prima sabbati quę lucefcit exordia delegant, in qbus his qui consecrādi sunt ieiunis, & à ieiunātibus sacra benedictio conferat. Quod eiusdē obseruantię erit, si mane ipse dñico die continuato sabbati ieiunio celebret. A quo tpe p̄cedētis noctis initia non recedūt quam ad diē resurrectionis, sicut etiā in pascha dñi declarat p̄tinere nō dubiū est. Nā p̄ter autoritatē cōsuetudinis quā ex apostolica nouimus venire doctrinā, etiā sacra scriptura manifestat, q̄ cū apostolū Paulum & Barnabā ex p̄cepto spūs sancti euangelium mitteret ad p̄dicandum, ieiunātes & orantes imposuerunt eis manus, vt intelligamus quāta & dantium, & accipientiū deuotione curādum sit, ne tantę benedictionis sacramētum negligēter videatur impletū. Et ideo pie & laudabiliter apostolicis morē gesseris institutis, si hanc ordinandor̄ sacerdotum formā per ecclesias, quibus dominus p̄gesse te voluit, etiā ipse seruaueris, vt his qui consecrādi sunt, nunq̄ b̄ndictiones, nisi in die resurrectionis dominicę consecratū, vt quicquid est à dño insignius constitutum in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordiū. In hac per resurrectionē Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac apostoli à dño p̄dicandi in omnibus gētibus euangelij tubā sumunt, & ferendum vniuerso mundo sacramentū regenerationis accipiunt. In hac, sicut beatus Iohannes euangelista testat, congregatis in vnum discipulis ianuis clausis, cum ad eos dñs introisset, insufflauit & dixit. Accipite spm̄ sanctum, quorum remisistis peccata, remittunt eis, & quorū detinueritis, detenta erunt. In hac deniq; promissus à dño apostolis spūs sanctus aduenit, vt cœlesti quadam regula insinuatū, & traditū nouerimus in illa die celebranda nobis esse mysteria



steria sacerdotaliū bñdictionū, in quo collata sunt oīa dona gratiæ. Vt aut̃ oībus obseruan-  
lia nostra concordet, illud quoq; volumus custodiri vt cū solennior festiuitas conuentū popu-  
ti numerositatis indixerit, & ad eā tanta multitudo cōuenit quā recipi basilica simul vna non  
possit, sacrificij oblatio indubitātē iteret, ne his tantū admisis ad hanc deuotionē qui primi  
aduenerint videant iij q postmodū cōfluxerint non recepti, cū plenū pietatis atq; rōnis sit, vt  
quotiens basilicā in qua agitur p̃sentia nouæ plebis impleuerit, totiens sacrificiū subsequēs of-  
feratur. Necesse est aut̃ vt quæ dā pars populi sua deuotione priuet, si vnus tantū missæ more  
seruato sacrificiū offerre nō possint, nisi qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo dile-  
ctionē tuā & familiariter ammonemus, vt quod n̄r consuetudini ex forma paternæ traditi-  
onis insedit, tua quoq; cura non negligat, vt oīa nobis ex fide & actibus cōgruāt. Propter qd  
remeanti filio nostro Possidonio p̃b̄o hanc ad fraternitatē tuā epistolā dedimus perferendā  
qui nostris processionibus atq; ordinationibus frequēter interfuit, & totiens admīssus quid in  
omnibus apostolicæ autoritatis teneremus, agnouit. Data Calendis Iulijs.

¶ Epistola beati Leonis papæ ad Ephesinam synodum secundā, in qua pro-  
uocat episcopos, Euticetis blasphemias condemnare.

¶ Leo eps sanctæ synodo quæ apud Ephesum conuenit. ¶ Epistola. X.

**R**eligiosa excellentissimi principis fides, sciens ad suā gloriam maxime pertinere, si **A**  
intra ecclesiam catholicā nullius erroris germen exurgeret. Hanc reuerentiā diui-  
nis deuoluit institutis, vt ad sanctæ dispositionis effectū autoritatē apostolicæ sedis  
adhiberet, tanq̃ ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari quid in eius confessione  
laudatū sit, qñ dicente dño, quē me esse dicunt homines filium hominis, varias quidē diuerso-  
rum opiniones discipuli memorarunt. Sed cū ab eis quid ipsi crederent quæreret, princeps  
apostolorū plenitudinē fidei breui sermone complexus. Tu es, inquit, Christus filius dei viui,  
hoc est, tu qui es vere filius hominis, idē vere es filius dei viui. Tu, in quā, verus in deitate, verus  
in carne, & salua geminæ proprietate naturæ, vtrūq; vnus. Quod si Eutices intelligēter, ac vi-  
uaciter crederet, nequaquā ab huius fidei tramite deuiaret, propter quā ei responderet a dño, Beatus  
es Simon Bar Iona, q̃a caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus q̃ est in celis. Et  
ego dico tibi, q̃a tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portæ inferi non  
p̃ualebunt aduersus eā. Nimis aut̃ a cōpage huius ædificationis alienus est, qui beati Petri con-  
fessionē non capit, & Christi euangelio contradicit. Ostendens se nullū vnq̃ studiū cognos-  
cendę veritatis habuisse, & superfluo honorabilē visum qui nulla autoritate cordis ornauit ca-  
niciem senectutis. Vex̃ quia etiā taliū non est negligenda cura, pie ac religiose christianissimus  
imperator habere voluit episcopale concilium, vt pleniore iudicio omnis possit error  
aboleri, fr̄es nostros, Iulianū Episcopum, Renatū p̃b̄m, & filium nostrū Hilariū diaconem, &  
cum his Dulcitiū notarium probatę nobis fidei misi, qui vice mea sancto conuentui vestrę fra-  
ternitatis interfint, & cōmuni vobiscū snia, quę dño sint placitura, constituent. Hoc est vt pri-  
mitus pestifero errore dānato, etiā de ipsius qui imprudēter errauit, restitutione tractetur. Si  
tū doctrinā veritatis amplectens sensus hæreticos quibus imperitia eius fuerat irretita plene  
apertę propria voce & subscriptōe dānauerit. Quod etiā in libello quē ad nos miserat est, p-  
fessus, spondens p̃ omnia nostrā secutus se esse sniam. Acceptis aut̃ fratris & coepi n̄r Flauia-  
ni literis plenius ad eū de his quę ad nos videt̃ retulisse rescripsimus, vt abolito hoc, qui natus  
videbat̃ errore in laudē & gloriā dei p̃ totum mundum vna sit fides, & vna eademq; cōfessio,  
& in noīe Iesu omne genu flectatur cōlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua con-  
fiteat̃, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Data Idus Iunij, Asterio & Protogene vi-  
ris clarissimis consulibus, æra qua supra.

¶ Epistola beati Leonis papæ ad Constantinopolitanos. ¶ Epistola. XI.

¶ Leo Episcopus & sancta synodus quæ in vrbe Roma conuenit, clero  
& plebi consistenti Constantinopoli.

**L**icet de his quę in Concilio sacerdotum apud Ephesum gesta memorant, multos nos **B**  
mceror afficiat, eo q̃ sicut consonas fama disperfit, & ipso rex̃ monstrat̃ effectū, nec  
iustitiæ illic moderatio, nec fide est seruata religio, vestrę tñ deuotionis pietate gau-  
demus, & in sanctę plebis acclamatōibus, quæ ad nos exempla delata sunt, omnium  
vestrorū p̃bamus affectū, q̃a & viuit ac p̃manet apud bonos filios optimi p̃ris iusta dilectio,  
& catholicę doctrinę eruditionē in nulla patimini parte corrūpi. Nō dubie em̃ sicut vobis spūs  
sc̄t̄s referauit Manicheorū cōcederant errori, q̃ ab vnigenito dei filio, vex̃ & n̄r naturę ho-  
minē negat̃ eē susceptū, oēsq; eius corporeas actiōes simulatorij volūt fuisse phāsmatis. Cui  
ipietati ne ī aliq̃ p̃beretis assensum, iā p̃ filiū meū Epiphaniū, & Dionysii Romanę ecclesię no-  
tarios cohortatoria ad dilectionē vestrā scripta direximus, qbus confirmationē quā expeti-  
tis vltro



## Epistole Leonis pape.

Atis vltro p̄buimus, vt nos paternā vobis curā nō dubitetis imp̄dere, ac modis oībus laborā-  
re, vt auxiliāte misericordia dei oīa quæ ab imperitis, & ab insipiētibus excitata sunt scandala  
destruant. Nec quisq̄ sibi audeat de sacerdotali honore blandiri q̄ potuerit in execrādi sensus  
impietate cōuinci. Nā si vix in laicis tolerabilis videt inficitia, q̄to magis in eis q̄ præsunt, nec  
exultatiōe est digna, nec venia, maxime cū etiā defendere puerisq̄ opinionū cōmenta pr̄su-  
munt, & in cōsensum suū, aut errore, aut gratia insanabiles quosq̄ traducūt. Separent hmoi à  
sanctis mēbris corporis Christi, neq̄ sibi catholica libertas infidelī iugū patiat imponi. Ex-  
tra em̄ donū diuinæ gratiæ, & extra sacramentū habendū sunt salutis humanæ, q̄ negantes na-  
turā nostræ carnis in Christo & euāgelio cōtradiciunt, & simbolo reluctant, nec sentiūt se in  
hoc pr̄ptū sua obcæcatione deduci, vt nec in passionis dhicæ, nec in resurrectiōis veritate cō-  
sistant, q̄a utrūq̄ in saluatore vacuat, si in eo nostri generis caro nō credit. In q̄bus isti ignorā-  
tiæ tenebris, in quo hactenus desidia torpore iacuerunt, vt nec audita discerēt, vellectione co-  
gnoscerēt, quod in ecclesia dei in omniū ore, tā consonū est, vt nec ab infantiū linguis veritas  
corporis, & sanguinis Christi inter cōis sacramenta fidei taceat. Quia in illa mystica distribu-  
tione spiritalis alimonie hoc impartit, vt accipientes virtutē cœlestis cibi in carnē ipsius q̄ ca-  
ro nostra factus est, trāseamus. Vnde & ad cōfirmationē charitatis vestræ q̄ laudabili fide ini-  
micis veritatis obnitit, apte atq̄ opportune sermone affectuq̄ apostoli vtar, & dicā, propte-  
rea & ego audiēs fidē vestrā q̄ est in Ch̄o Iesu, & dilectionē in oēs sanctos, nō cesso gr̄as agēs  
pro vobis, memoriā v̄ri faciēs in oratōibus meis, vt deus dñi n̄r p̄ gloriā det vobis sp̄m sapi-  
entiæ, & reuelatiōis in agnitōe eius illuminatos oculos cordis v̄ri, vt sciatis q̄ est spes vocatiōis  
eius, q̄ diuitiæ, gloriæ h̄reditatis eius in sanctis eius, & q̄ sit supereminēs magnitudo virtutis  
eius in nobis q̄ credidimus secundū operatiōē potentie virtutis eius quā operatus ē in Chri-  
sto, suscitās illū à mortuis, & cōstituens illū ad dexterā suā in cœlestibus supra omnē principa-  
tū, & potestātē, & virtutē, & dñationē, omne nomē quod noīat, nō solū in hoc seculo, sed in  
futuro, & oīa subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnē ecclesiā, q̄ est corpus  
ipsius, plenitudo eius q̄ oīa in oībus adimplet. Dicant hi aduersarij veritatis qñ op̄otēs pater  
vel secundū quā naturā filiū suū sup̄ vniuersa prouexerit, vel cui substantiā cuncta subiecerit,  
deitas em̄ verbi par in oībus, & consubstantialis est patri, & sempiternæ atq̄ intēporalr̄ vna  
eademq̄ potentia est genitoris & geniti. Creator qp̄e oīm naturæ, qm̄ p̄ ipsum oīa facta  
sunt, & sine ipso factū est nihil, superest oībus q̄ creauit, nec vnq̄ creatori suo nō fuerunt subie-  
cta q̄ cōdidit. Cui propriū, & sempiternū est, nec aliunde q̄ de patre, nec aliud esse q̄ pater est.  
Huic si addita est pr̄as, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehente qui  
creuit, nec habebat diuitias eius naturæ cuius indiguit largitate. Sed talia sentientē, in societa-  
tē suā Arrius rapit, cuius pueritati multū hęc suffragat impietas, negās verbo dei humanam  
inesse naturā, vt dū humilitatē in dei maiestate fastidit, aut falsatā in Christo asserat imaginē  
corporis, aut oēs actiones eius, passionēq̄ corporeas deitatis potius fuisse q̄ carnis. Quod li-  
bet aut̄ defendere audeat prorsus, insanū est, q̄a nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramētū, vt  
aliquid passa sit deitas, aut in vllō mētita sit veritas. Impassibilis igit̄ dei filius, Deus cui cū patre,  
& spū sancto, vna incōmutabilis trinitatis essentia, hoc quod est esse p̄petuū est, in ea plenitu-  
dine ip̄is q̄ sempiterno consilio fuerat p̄stituta, & prophetica dictorū atq̄ gestorū significati-  
one promissa, factus filius hoīs, non suæ cōuersione substantiæ, sed nostræ assumptōe naturæ  
venit q̄rere & saluare qd̄ perierat. Venit aut̄ nō locali accessu, nec monitione corporea tanq̄  
p̄sens factus vnde absuisset, aut illinc recessurus vñ venisset, sed venit p̄ hoc qd̄ erat visibile, &  
cōe cernētibus declarādus, humanā scilicet carnē atq̄ animā in visceribus virginis matris ac-  
cipiens, vt manēs in forma dei, formā serui sibi met & similitudinē peccati carnis vniret, per  
quā non minueret diuinā hūanā, sed augetet hūanā diuinis. Talis em̄ erat oīm à primis ducta  
genitoribus causa mortaliū, vt originali p̄ctō transeunte p̄ posteros nullus p̄cā dñationis  
euaderet, nisi verbū caro fieret, & habitaret in nobis, in ea scilicet natura q̄ nostri & sanguinis  
esset & generis. Propter qd̄ dicit ap̄lus. Sicut p̄ vnus delictū in oēs hoīes in cōdemnationem  
sic & p̄ vnus iustitiā in oēs hoīes ad iustificationē. Sicut em̄ p̄ inobedientiā vnus hoīs pecca-  
tores constituti sunt multi, ita & per vnus hoīs obedientiam iusti constituentur multi. Et ite-  
rū. Quia em̄ per hoīem mors, & per hoīem resurrectio mortuorū, & sicut in Adā omnes mori-  
untur, ita & in Ch̄o omnes viuificabuntur. Hi utiq̄ omnes q̄ licet in Adam sunt nati, in  
Christo tamen inueniuntur renati, habētes fidei testimoniū, & de iustificatiōe gr̄æ & de cōio-  
ne naturæ, quam q̄ susceptam ab vnigenito dei filio ī vtero Dauidicæ virginis diffusetur, ab om-  
ni sacramento christianæ religionis alienus est, & nec sponsam agnoscens, nec sponsam itel-  
ligens, nuptiali non potest interesse conuiuiō. Caro em̄ Ch̄i velamen est verbi, quo oīs qui  
Ch̄m confitetur, itēgre induitur. Erubescens autem illud, & quasi idignū refutans, nullū  
ex eo



ex eo habebit ornatū, ac licet se regio inserat festo, sacrisq; se epulis importunus immisceat, discretionē tū regis fallere improbus cōiuiua nō poterit, sed sicut ipse dñs protestatus est, tolleretur legatis manibus & pedibus, & mittet in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Vnde quicq; in Christo nō confiteat corpus humanū, nouerit se mysterio incarnationis indignū, nec eius sacramētū habere cōfortiū, qđ aplūs pđicat dicens, qđ mēbra sumus corporis de carne eius & ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori suę & erunt duo in carne vna. Et exponēs quid per hoc significet, adiecit. Sacramētū hoc magnū est. Ego autē dico in Christo & in ecclesia. Ab ipso ergo principio generis hūani, Chrs est denuntiatus in carne vēturus. In qua (sicut dictū est) & erunt duo in carne vna, Vtiq; duo sunt deus & homo, Chrs & ecclesia, quę de sponſi carne prodijt, quādo ex latere crucifixi manāte sanguine & aqua sacramētū redēptionis & regenerationis accepit. Ipsa est em̄ noua conditio creaturę hūanę, qđ in baptisinate non indumento verę carnis, sed contagio dānatę vetustatis exiuit, vt efficiat homo corpus Christi, qđ & Chrs corpus est hoīs. Vnde non deū tantū dicimus Christū, sicut hæretici Manichęi, nec hominē tantū, sicut hæretici Fotiani, nec ita hominem, vt aliquid ei desit quod ad humanā certum est pertinere naturam, siue animā siue mentē rationabilē, siue carnē quā non deſcēmina sumpſit, sed factā de verbo in carnem conuerſo atq; mutato, qđ tria falsa & vana Apolliniſtę hæreticoę tres partes varie protulerūt. Nec dicimus, qđ beata virgo Maria hoīem sine deitate cōceperit, qđ creatus ā spū sancto, postea sit susceptus ā verbo, quod Nestoriū pđicantē merito iuste qđ dānauius. Sed dicimus Christū deifiliū deum vę natum de deo patre, sine vllo initio tēporis, eundemq; hominē vę natum de matre homine certa plenitudine tēporis, nec eius humanitatem qua maior est pater minuire aliquid eius naturę ā qua & qualis est patri. Hoc autē vtrūq; vnū est Chrs qđ verissime dixit, & secundū deū ego & pater vnū sumus, & secundū hoīem pater maior me est. Hanc fidem dilectissimi verā & indissolubilē, quę sola veros efficit christianos, quamq; vt intelligimus & probamus pio studio, & laudabili amore defenditis, perseueranter tenete, & constanter asserite. Et qm̄ oportet vos post diuinū auxilium etiā catholicos principum grām pmereri, humiliter & sapienter exposcite, vt petitioni nostrę qua plenariā indici synodū postulamus, clementissimus imperator dignetur annuere, quo citius adiuuante misericordia dei, & sanis fortitudo augeat, & morbidis si curari acquiescant, medicina prestetur.

¶ Epistola. XII.

¶ Leo Episcopus & sancta synodus quę in vrbe Roma conuenit,  
Theodosio augusto.

**L**iteris clementię vestrę quas dudū ad beati Petri apostoli sedem pro catholice fidei amore misistis, tantā fiduciā sumpſimus defendēdę, p vos veritatis & pacis, vt in causa tam simplici, tamq; minuta, nihil putaremus posse existere quod noceret, pſertim cū ad episcopale cōciliū quod haberi apud Ephesum pcepistis tam instructi sint missi, vt si scripta quę vel ad sanctā synodū vel ad Flavianū episcopū detulerunt, Episcoposq; publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes. Ita manifestatione purissimę fidei quam diuinitus inspiratā & accepimus & tenemus, omnium congressionum strepitus quieuisset, vt nec imperitia vltra desiperet, nec occasione nocendi emulatio reperiret. Sed dū priuatę causę religionis exercent obtentu cōmissum est impietate paucos quod vniuersam ecclesiā vulneraret. Cōperimus em̄ non incerto nuntio, sed fidelissimo rege quę gestę sunt, narratore Hilario diacono nostro qđ vix ne subscribere cogeret, effugit, conuenisse ad synodū, plurimos sacerdotes, quosq; vtiq; frequentia collationi & iudicio pſuisset, siis qđ sibi locū principalē vendicabat, sacerdotalē moderationē custodire voluisset, vt (sicut moris est) omnium sententijs ex libertate prolatis, id tranquillo & a quo cōstitueret examine quod & fidei cōgrueret, & errantibus subueniret. In ipso autē iudicio nō oēs qđ conuenerant interfuisse cognouimus. Nā alios reiectos, alios didicimus intromissos, qđ pro supradicti sacerdotis arbitrio impijs subscriptionibus captiuas manus dederāt, & nocituz statui scirent, nisi imperata fecissent. Talēq; ab ipso prolata esse sniam, vt dū homo vnus impetit, in omnē ecclesiā seuiret. Quod nostri ab apostolica sede directi adeo impiū & catholicę fidei contrariū esse viderunt, vt ad consentiendū nulla potuerint oppressione cōpelli, constanterq; in eadē synodo (vt decuit) fuerūt protestati nequaquā id quod constituebat sedē apostolicā recepturā, qm̄ reuera omne christianę fidei sacramētū (quod absit) ā tēporibus vestrę pietatis excindit, nisi hoc scelestissimū facinus qđ cuncta sacrilegia excedit, aboleatur. Quia vero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, & ita quorundam imprudentiā per similitudinem pietatis illudit, vt pro salubribus persuadeat nocitura, remouete quę sumus aurem ā vestrę pietatis conscientia in periculum religionis & fidei. Quod secularibus negotijs legum vestrarum & quitate conceditur in rerum diuinarum

k 3

pertra-



## Epistola Leonis pape.

pertractiōe p̄stare, vt Christi euāgelio vim non inferat humana p̄sumptio. Ecce christianissi-  
me & venerabilis imperator cū cōsacerdotibus meis implēs erga reuerētiā clemētiæ vestræ  
synceri amoris officiū, cupiensq; vos placere p̄ oīa deo, cui pro vobis ab ecclesia supplicat, ne  
ante tribunal Chri dñi rei de silētio iudicemur. Obsecramus corā vniū deitatis inseparabili  
trinitate, q̄ tali factō lādīt, cū ipsa vestri sit custos & auctrix imperij & coram sanctis angelis  
Christi, vt oīa in eo statu manere iubeatis, in q̄ fuerūt ante oē iudiciū, donec maior ex toto or-  
be sacerdotū nūerus cōgreget. Nec alieno peccato patiamini vos grauati, q̄a quod necesse est  
nos dicere, veremur ne cuius religio dissipat, indignatio prouocet. Præ oculis habete & tota  
mētis acie reuerēter accipite beati Petri gloriā & cōes cū ipso oīm ap̄lōz coronas, cūctorūq;  
martyz palmas, qbus alia nō fuit cā patiēdi, nisi cōfessio verę diuinitatis & verę hūanitatis in  
Chro. Cui sacramēto q̄a impie nunc ā paucis imprudētibus obuiat, oēs partiū ecclesiæ n̄ age  
oēs mansuetudini vestræ cū gemitibus & lachrymis supplicāt sacerdotes, vt q̄ & n̄i fideliter  
reclamarūt, & eisdē libellū appellationis Flavianus ep̄us dedit generalē synodū iubeatis intra  
Italiā celebrari, quæ oēs offēsiōes ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid vltra sit, v̄l in fide du-  
bitū, vel in charitate diuisum. Cōuenientibus vtiq; orientaliū prouinciæ ep̄is, quoz si qui su-  
perati minis atq; iniurijs ā veritatis tramite deuiarūt, salutaribus remedijs in integrū reuocen-  
tur, ipsiq; quoz est causa durior si consilijs melioribus acquiescāt, ab ecclesiæ vnitatē nō dis-  
cedāt. Quam aut post appellationē interpositā hoc necessarie postulet, canonū Nicææ habi-  
toz decreta testant, q̄ ā totius mūdi sunt sacerdotib⁹ cōstituta, q̄q; subter adnexa sunt. Fave-  
te catholicis vestro more parentumq; vestroz, date defendēdæ fidei libertatē, quā salua clem-  
entię v̄ræ reuerētia, nulla vis, nullus poterit mundanus timor auferre. Cū enī ecclesiæ cau-  
sa statū regni vestri agamus & salutis, vt prouinciæ v̄ræ quieto iure potiamini, defendite  
cōtra hæreticos incōcūsum ecclesiæ statū, vt & vestz Christi dextera defendat imperiū. Da-  
ta tertio Idus Octobris, Asterio & Prothogene viris clarissimis cōsulis, æra qua supra.

¶ Epistola. XIII.

**B** Leo ep̄us & sancta synodus q̄ in vrbe Roma conuenit, Pulcherrimæ Augustæ.  
¶ Epistolę quę in fidei causa ad pietatē vestrā directę sunt, per nostros clericos perue-  
nissent, certū est remediū vos his rebus quę cōtra fidē facię sunt, aspirante vobis dño,  
p̄stare potuisse. Quādo sacerdotibus, quādo christianę religioni aut fidei defuistis?  
Sed cū ad mansuetudinē vestrā adeo non potuerint peruenire q̄ missi sunt, vt ad nos  
vix vnus illoz Hilarius diaconus noster fugiens sit reuersus, iteranda scripta credidimus, vt  
validiores preces nostrę esse mereant, ip̄orumq; uē ad clementiam vestram non peruenierunt  
exempla subiecimus, amplioribus vos obtestationibus obsecrantes, vt quanto acerbiora fa-  
cta sunt, qbus pro sede regia vos conuenit contrahere, tanto maiore gloria curam eius in qua  
excellitis religionis habeatis, ne catholicę fidei integritas vlla humanaz cōcertationū occa-  
sione violet. Quæ enī cōgregata apud Ephesinam synodū fopienda & sananda pacis reme-  
dia credebantur, hęc nō solum in maiora pacis dispendia, sed (quod nimis dolēdum est) etiam  
in ipsius fidei qua christiani sumus, excidia processerunt. Et ij quidē qui missi sunt, quorumq;  
vnus vim Alexandrini episcopi sibi omnia vendicantis effugiēs, rez gestaz nobis ordinē fi-  
deliter nuntiauit. Reclamauerunt in synodo sicut oportuit vnus hoīs non tam iudicio q̄ furo-  
ri, protestantes ea q̄ per vim metumq; gererētur sacramētis ecclesię & ip̄i symbolo ab apo-  
stolis instituto p̄iudicare nō posse, nec se ab ea fide vlla iniuria separādos quam plenissime ex-  
positā atq; digestā ā sede beati apostoli Petri ad sanctā synodū detulissent. Cuius recitatio po-  
scētibus Ep̄is nō sit admissa, vti scilicet remota ea fide q̄ patriarchas, prophetas, ap̄los, & mar-  
tyres coronauit, gñatio Iesu Christi dñi nostri secūdm carnē, & verę mortis ac resurrectiōis  
eius cōfessio (quod horremus dicere) solueretur. Scripsimus de hac re vt potuimus ad glorio-  
sissimū principē, & quod est maximū ch̄ianū. Cuius epl̄æ pariter exēpla subiecimus, vt fidē  
qua Renatus p̄ dei grām regnat, nulla sineret nouitate corrumpi. Quoniā Flavianus ep̄s in no-  
stra oīm cōmunionē p̄sistit, atq; hoc quod factū est sine cōsideratiōe iustitię & cōtra oīm ca-  
nonū disciplinā ratū haberi ratio nulla pmittit. Et q̄a dissensionis scādālū nō abstulisset Ephe-  
sina synodus, sed auxisset, habēdi intra Italiā concilium & locus cōstitueret, & tēpus omnibus  
querelis & p̄iudicijs partis vtriūsq; suspēsis, quo diligētius vniuersa quę offēsiōnē gñauerāt,  
retractent, & absq; vulnere fidei, absq; religionis iniuria, in pacē Chri redeant, sint sacerdo-  
tes, & soli auferant errores. Quod vt obtinere mereamur, p̄batissimę nobis fidei pietas tua q̄  
labores ecclesię semp adiuvit supplicationē n̄am apud clemētissimum principē siue speciali-  
ter ā beatissimo Petro apostolo legationē commissam dignet asserere, vt priusq; ciuile hoc ex-  
itiale bellum intra ecclesiam hoc conualescat, redintegrādę vnitatis copiam deo auxiliante  
concedat, sciēs imperij sui viribus p̄futurę, quicquid catholicę libertati benigna ipsius fuerit  
dispo-



# Epistole Leonis pape.

Fo. CXCIII.

dispositione collatum. Data pridie Idus Octobris, Asterio & Prothogene viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

¶ Epistola. XIII.

¶ Leo Episcopus Pulcherrimæ Augustæ, &c.

**G**audere me plurimū & exultare in dño pietatis tuæ scripta fecere, quibus euidenter ostēditur, quā catholicā diligas fidē, & quā hæreticū detestaris errorē. Hæresis quippe est nimis impia, & euāgelio veritatis inimica quæ non portionē aliquam laxdere, sed ipsā religionis christianæ conatū fundamēta cōuellere, negās sempiterni patris filiū sempiternū de vtero beatæ virginis matris verā carnē nra sumpsisse naturā, & eos dāna rione pcellens, quæ ab euangelica & apostolica fide nullo deduci errore potuerit, illudque frustra pretendēs quod Nicænæ synodi fidē teneat, cuius eū cōstat eē alienū gloriosissima Augusta. Vnde quā nō deserit ecclesiā suā diuinā protectio, dicēte dño. Ecce ego vobiscū sum oibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi, eodēq; ope & tpe spūs dei & clemētis vræ sollicitudinē & curā nostri cordis accēdit, vt de remedijs pcurādis, eadē vtriq; cuperemus, quæ prius poposci. Nūc quoq; instātius peto, maiore vtēs fiducia depcandi, posteaq; p̄sidiū venerādæ exhortationis accepi, sperans affuturā misericordiā dei, vt cooperāte vestra clemētia, pestiferi erroris possit morbus auferri, vt quicquid ipse inspirante atq; auxiliāte potuerit salubriter fieri, cū vræ fidei laude pagat, qm̄ res hūanæ aliter tutę eē non possunt, nisi quæ ad diuinā confessionē ptinent & regia, & sacerdotalis defendat autoritas. Data decimosexto Calēdas Aprilis, Valētiniano augusto septimo, & Anieno viris clarissimis consulibus, Aera, CCCC, LXXXVIII.

¶ Epistola. XV.

¶ Leo Ep̄s Martiano Faustoc̄ presbyteris.

**B**onorum operū & spūaliū studioꝝ deū autōrē eē nō dubiū est, quod quæ incitat mētes adiuuat actiones. Quod nobis p̄senti experimēto euidenter apparuit. Si quidē inter discretæ spatia longinqua regionū vnū sumpserint corda nostra cōsiliū, vt quod à nobis desiderabatis, eo vobis tpe quo ep̄læ vestræ mittebant, occurrerit. Si tñ dilectiōi vestrę tradi scripta nostra potuere, quæ non solū apostolicę sedis autoritate, sed etiā sanctę synodi quę ad nos frequēs cōuenerat, vnanimite directā sunt, vt in his q̄tā curā totius ecclesiæ habeamus, appareat, hortādo scilicet oīm fideliū mētes & clemētissimorū principum p̄sidia ad defensionē fidei postulando, quorū pios & catholicos animos non diffidimus opē atq; autoritatē suam iustis petitionibus p̄stituros, quo citius auxiliante dño p̄nicioſa hæresis & dudum sanctoꝝ patꝝ autoritate damnata quę nup̄ Ephesi male adiuta est, auferat. Interim vero de operā quantū fieri p̄t vestra dilectio vt omnibus ecclesiæ filijs innotescat, quod impium sensum secundū doctrinā euangelicā & apostolicā p̄dicamus. Quia licet plene quæ semp̄ fuisse, atq; eēt catholicorū snia scripserimus, tñ nunc quoq; ad cōfirmandas oīm mētes non parę exhortationis addidimus. Memor em̄ sum me sub illius noīe p̄sidere, cuius à dño Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides oēs quidē hæreses destruit, sed maxime impietatē p̄sentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud non licere quæ vt oēs conatus meos ei causę in qua vniuersalis ecclesiæ salus infestat, impēdam. Ne autē aliqua negligētē occasione scripta nostra ad vos non potuerint puenire, exemplaria eorundē nunc mittēda credidimus, vt nullo modo fidei quam defendimus, p̄dicatio nra notitiā subtrahat. Data decimosexto Calēdas Aprilis, Valētiniano augusto. VII. & Ameno. V. CC.

¶ Epistola. XVI.

¶ Leo ep̄s Theodosio augusto, &c.

**O**mnibus quidem vræ pietatis epistolis inter eas sollicitudines quas pro fide patimur spem nobis securitatis maximā p̄stitistis Nicenū cōmendando cōcilium, adeo vt ab illo (sicut sepe iā scribitis) non patiamini sacerdotes dñi deuiare. Sed ne aliquid in p̄iudiciū catholicę defensionis viderer egisse de ordinatione eius qui Cōstantinopolitanę cēperit ecclesię p̄sidere, nihil interim in alterutram partem temere rescribēdum putauī, non dilectionē negans, sed manifestationē catholicę veritatis expectans. Quod & quā nimit̄ ferat obsecro vestra clemētia, vt cū talē se erga fidē catholicā qualē cupimus approbarit, de sinceritate ipsius copiosius & securius gaudeamus. Ne vero aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspitio, occasione torius difficultatis amoueo, nec aliqd exigo quod aut arduū videat aut dubiū, sed ad id quod nullus catholicorū refutet inuito. Notū em̄ sunt p̄ vniuersum mundū atq; manifesti qui ante nos, siue græca, siue latina lingua in catholicę veritatis p̄dicatione fulserunt, ad quorū scientiā atq; doctrinā quidam etiam nostrę etatis cedunt, de quorū scriptis par & multiplex proferit instructio. Quę sicut Nestorianā heresim destruxit, ita etiam hunc quod nūc repullulat absceidit errorem. Relegat itaq; solite quę à sanctis patribus incarnationis dominicę fides fuerit custodita semperq; similiter p̄dicata, & sanctę memorię



## Epistole Leonis pape.

Cyrelli Alexandrini epi ep̃lam qua Nestoriū corrigere & sanare voluit, prauas p̃dicationes ip̃si  
us arguens & euidentius fidē Nicænæ diffinitionis exponēs, quanq̃ ab eo missam apostolicæ  
sedis scrinia suscep̃at p̃cedentiū sensui p̃spexerit consonantē, Ephesinæ etiā synodi gesta re  
censent, qbus contra Nestorij impietate & à sanctæ memorię Cyrillo inserta, & allegata sunt  
de incarnatione dñi catholicorū testimonia sacerdotū. Non aspernet etiā meā epistolā recen  
sere, quā pietati patrū per oīa cōcordare reperiet. Cūq̃ à se hoc quod eidē profuturū sit expe  
ti, desiderariq̃ cognouerit, catholicorū sententijs toto corde cōsentiat. Ita vt sincerā cōionis  
fidei professionē absolutissima subscriptione corā omni clero, & vniuersa plebe declaret, apo  
stolicæ sedi & vniuersis dñi sacerdotibus atq̃ ecclesijs publicandā, vt pacificato p̃ vnā fidem  
mundo possimus oēs dicere quod angeli nato de Maria virgine saluatore cecinerunt, gloria  
in excelsis deo, & in terra pax hoībus bonæ voluntatis. Quia vero & nos & beati patres ñri,  
quorū doctrinā & veneramur & sequimur, in vnus fidei cōcordia sumus, sicut prouinciarum  
oīm protestant antistites, agat clemētiā vestrā deuotissima fides, vt q̃ primū ad nos Cōstan  
tinopolitani epi, qualia debet probati & catholici sacerdotis scripta pueniant, aperte scilicet,  
atq̃ dilucide protestātia, q̃ si quis de incarnatione ṽbi dei aliud aliqd credat aut asserat q̃ ca  
tholicorū oīm & mea professio protestat, hunc à sua cōione secernat, vt ei fraternā in Christo  
charitatē merito possimus imp̃dere. Vt aut salubribus curis velocior pleniorq̃ auxiliāte do  
mino per ṽrā clemētiā fidē p̃rāstet affectus, ad pietatē vestrā fr̃es & coep̃os nostros Abund  
diū & Asteriū, sed & Basiliū & Senatorē p̃b̃os, quorū mihi deuotio ē probata direxi, p̃ quos q̃  
nostre forma sit fidei manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignāter agnoscere  
vt si Cōstantinopolitanus antistes in eandē confessionē toto corde cōsentit, securi (vt dignū  
est) de ecclesiastica pace lætemur, neq̃ aliud residere videat ambigū, vt de superfluis forsitā  
suspitionibus laboremus. Sin vero aliqui à puritate nostre fidei atq̃ patrū autoritate dissen  
tiant, conciliū vniuersale intra Italiā sicut synodus q̃ ob hanc causam Romę cōuenerat, mecū  
petit, clemētiā ṽrā concedat, vt in vnū cōuenientibus oībus his q̃ aut ignorātia, aut timore p̃  
lapi sunt correctōis remedijs cōsulatur, nec cuiq̃ vltra sit libeꝝ ita Nicænæ synodi facere mē  
tionē, vt eius fidei inueniat esse contrarius. Quoniā vniuersę & ecclesię & vestro hoc imperio  
profuturū est, si vnus deus, & vna fides, vnū sacramentū salutis humanę, vnus totius mūdi cō  
fessionē teneatur. Data decimosextimo Calendæ Augusti.

¶ Leo Eps Pulcherrimæ Augustæ.

¶ Epistola. XVII.

**D**AUDEO fidei clemētię ṽræ q̃ religiosum studiū dignāter imp̃editis, vt pax ecclesia  
stica renouet, q̃ eorundē dissentionibus videt esse turbata. Debet em̃ hoc ṽræ spe  
cialiter glorię, vt ablatis oībus scandalis q̃ contra catholicā fidē inimicus excitau  
rat, vna eadēq̃ sit p̃ totū mundū confessio veritatis, q̃ facilius certiusq̃ reparabitur  
si prauorū sensuū nulla semina, nulla vestigia relinquant. Quod tñ meorū partiū est, p̃terire nō  
debeo, vt scilicet qd de incarnatione filij dei à Cōstantinopolitano ep̃o teneat, agnoscat, p̃sertim  
cū in ordinatōe ipsius dura p̃cesserint, taliaq̃ ad nos debuerit scripta dirigere q̃ illū à cōragio  
ne huius q̃ nuper emerfit, erroris alienū euidenter ostenderet. Optans itaq̃ securā cū eo habere  
cōcordiā, grām q̃ illi fraternæ charitatis impendere, scribere ei interim distuli nō dilectio  
nē negans, sed manifestationē catholicę veritatis expectans. Simplex em̃ est atq̃ absolutū, qd  
posco, vt remoto longæ disputationū labore, sanctę memorię Cyrelli Alexandrini epi epi  
stolę quā ipse ad Nestoriū miserat, acquiescat, in qua & errorē Nestorij arguit & fidē Nicęnę  
diffinitionis exposuit, & ep̃læ meę quę ad sanctę recordationis Flavianū ep̃m est directā, cō  
sentiat. Quibus vigilanter inspectis, Cōstantinopolitanus antistes repudiandū sibi quod ausa  
est cōtra puram & singulārē fidem imperita insipientia definire incunctanter agnoscat, q̃a &  
mea & sanctorū patrū de incarnatione dñi consors & per omnia & vna cōfessio est. Quam si  
quis æstimauerit nō sequendā, ipse se à cōpage catholicę veritatis abscindet, cū tñ nos vt in in  
tegrū oīa reuocent optemus. Ad effectū vero salubriū dispositionū velocius obtinēdū, fratres  
& coep̃iscopos meos Abundiū & Asteriū, sed & Basiliū & Senatorē p̃b̃os probatissimos vi  
ros misi, qui clemētię vestre formam fidei secundū doctrinam venerabilium patrum p̃dica  
mus, offerret, & remotis circūlocutionibus, qbus obscurari veritas solet, qd de incarnatione  
filij dei à totius orbis p̃b̃atis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderet. Quos post diuinā grām  
sancto ṽræ pietatis auxilio dignū est adiuuari, ne in totius ecclesię perturbationē imprudens  
p̃cedat cōtentio, cū correctōe adhibita omnes oporteat in vnus cōfessionis redire cōcordiam  
A qua si forsitā ab aliquibus discrepatur, vniuersale cōcilium sacerdotū haberi intra Italiā  
clemētiā ṽrā annuente iubeat, quo remota arte fallēdi, tandē pateat quid altiore tractatu aut  
coerceri debeat, aut sanari. Data tertio decimo Calēdas Augusti, Valētiniano, Augusto. VII.  
& Ameno viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

¶ Pulcher.



Pulcherrime Auguste p Theosticu magistranu.

Epistola decima octaua.

**R**eligiosam clementie vestre sollicitudine, qua catholice fidei indefinenter ipendi-  
tis p omnia recognosco, & deo gratias ago, q tantam vniuersalis ecclesie cura ha-  
bere vos video, vt quod iustitie & beniuolentie congruere arbitror confideter  
insinuem, quo celerius q propitio Christo pietatis vestre studio irreprehensibi-  
liter haftenus gesta sunt ad gratulandum pducatur effectus. Quod ergo synodu Calcedone  
sem haberi clementia vestra pcepit cu a me vt in Italia haberet malsuetudo vestra retine-  
at postulat, vt omnes nostras partiū conuocati antistites si securitas teporis suppeteret co-  
uenirent, adeo tn non aspernater accepi, vt binos de coepis meis & compresbyteris ordi-  
narem, qui vicem mea implere sufficeret datis ad venerabile synodu congruentibus scriptis  
quibus fraternitas aduocata cognosceret, qua forma seruare in hac diiudicatione deberet, ne  
vlla temeritas aut fidei regulis, aut canonu statutis, aut benignitatis remedijs obuiaret. Si-  
cut em a principio huius cause frequētissime scripsi hac inter discordes sensus & carnales  
emulaciones moderatione volui custodiri, vt integritati qdem fidei nihil euelli, nihil liceret  
apponi, ad vnitatem vero pacemq redeuntib remedium venie pstatet. Quia tunc operu diaboli po-  
tentia destruunt, cu ad dei & proximi dilectionem hoim corda reuocantur. Sed q contraria  
tunc his monitis atq obseruationibus meis acta sunt multu est explicare, nec opus e epistolari  
pagina coprehendi, qd i illo Ephesino no iudicio, sed latrocinio potuit ppetrari. Ibi prima-  
res synodi nec resistētibus sibi fratribus nec cōsentiētibus pceperūt, cu ad infringēdā catho-  
licā fidē, & ad execrabilem hāresim roborādā alios priuilegio honoris exuerint, alios cōsor-  
tio ipietatis infecerint, seuiores pfecto in eos, qd psuadēdo ab innocētia separabāt, q in il-  
los, qd beatos cōfessores psequēdo faciebāt. Veruntū quia tales sibi maxime sua iniquitate  
nocuerūt, & maioribus vulneribus diligētior est adhibēda medicina, nullis vnq epistolis  
definiui etiā talibus si respiceret venia denegandā. Et qus incōmutabiliter inimicissimā  
Chrīanæ religioni hāresim detestemur, ipsos tñ si corrigant, & digna se satisfactiōe puri-  
ficet, ab ineffabili mīa dei, nō iudicamus alienos, sed potius cū gemētibus geminus, cū flen-  
tibus flemus, & sic vtimur iustitia commotōis, vt nō amittamus remedia charitatis. Quod  
sicut pietas vra cognoscit nō verbis solis pmittit, sed etiā factis docet. Siquidē pene omnes  
qui in cōsensum p̄dētū aut traducti fuerāt, aut coacti resistēdo, qd statutū fuerat ab illis,  
& cōdemnādo qd scripserāt ppetuā culpæ abolitionē & apostolicæ pacis gratiā sunt ade-  
pti. Si ergo clemētia vra ppositū nostrū cōsiderare dignet, p̄babit in eo cōcilio cūcta ges-  
sisse, vt sine cuiusq anīe detrimēto hārescos tñ obtineret extinctio, & ob hoc circa autores  
sæuissimorū turbinū quiddā cōsuetudinis minuisse, vt ad indulgētiā postulandā cōpūctōe  
aliqua possit eoḡ tarditas excitari. Qui etsi post illud iudiciū suū tam impiū q iniustū  
nō sunt catholice fraternitati ita honorabiles vt fuerūt, suas tñ adhuc obtinēt sedes, & e-  
piscopatus sui honore potiunt aut p verā & necessariā satisfactiōe pacē ecclesie receptu-  
ri, aut si hāresim (quod absit) tuebūtur professionis suæ merito iudicandi. Data tertio deci-  
mo Caleñ. Augusti. Helpidio, V. C. cōsule.

Epistola XIX.

Leo eps, Fausto, Martino, Petro, Manuheli, Iob, Antiocho Abrahamo, Theodoro, Pien-  
tio, Eusebio, Helpedio, Paulo, Asterio & Charaso p̄b̄is & Archimandritis, & Iacobo dia-  
cono, & Archimandrita.

**C**ausa fidei i qua salus Christiana cōsistit multa me sollicitudine laborare cōpellit  
metuētē ne prauitas quæ in suis fuerat amputāda principijs processu teporis &  
pertinacior fiat & latior. Nā cum clementissimus imperator talia ad nos scripta  
dixit, quibus sollicitudine suam pro pace vniuersalis ecclesie demonstraret, &  
ipse Cōstātinopolitanus eps, & ij qui eundē consecrarant, præter id qd ad ordinē noui an-  
tistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicarūt, quasi in illa  
ecclesia nullū scādālū, nulla extitisset offēnsio, aut nō p̄cipue fuerint ordinati ad meritū de-  
mōstrādū, si aliena a se q catholicorū sensibus sunt aduersa docuisset. Ne ergo qd inter lon-  
ginqs regiōes accidere solet, vt nimias dilatoēs tēderent veritatis examina, frēs & coepos  
nros Habundū & Asteriū, sed & Basiliū senatorē, p̄b̄os p̄batissimos viros & p̄batissimū  
principē cū sufficēti paternarū autoritatū instructiōe direxerimus. Quos in om̄ibus fratres  
charissimi diligētia ac sollicitudine vra cupimus adiuuari, vt ipietas q cæcis ausibus in ex-  
titalia abrupta p̄cessit, simplices qsq̄ decipiēdi vltērius nō habeat p̄tatem, cū aptiore medi-  
cina etiā illis cupimus p correctiōis remedia subueniri, q aut ip̄eritia sunt lapsi, aut errore  
traducti. Et ideo vos q iustificamini p fidē, qui catholicā diligentis veritatē, & de singulari  
sacramēto salutis humanæ p spiritum sanctū estis edocti, collaborate nobiscum, & quanta  
potestis



Epistole Leonis pape.

potestis deuotione id agite, vt falsitate destructa, & fidei soliditate defensa, securâ per totum mundum dei pace potiamur. Data decimosexto Calendas Augusti, Valentiniano, & Augusto. VI, & Anieno uiris clarissimis consulibus, æra qua supra.

¶ Leo Martiano Augusto.

¶ Epistola. XX.

**S**ancitū clementiæ vestræ studiū quo ad reparatiōē pacis ecclesiasticæ synodū habere voluistis adeo libet̃er accepi, vt quīs eā fieri intra Italiā poposcissem, & aptius expectari tēpus optassem, quo scilicet plurimi possent epī etiā de longinquis prouincijs eucari, mox tñ vt mihi pietatis vestræ scripta sunt tradita & Bonificiū de cōp̃bis meis ab vrbe direxerim, & de epīs fratrē meū Paschalē de Sicilia fecerim nauigare, q̃ vicē meā sufficienter implet̃er, datis p̃ eosdē epīstolis ad eos q̃ legationē ante suscep̃erant, vt ipsi quoque p̃dictis adimplēdas partes meæ p̃sentīe iungerent. Vnde quīs nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tñ affutur̃ eo potentis auxiliū, quo oēs valeant ad p̃finitū tēpus occurrere, & vnanimiter quā sanctæ fraternitatis assensu quæ vniuersali ecclesiæ congruant definire. Cōpressa em̃ vel remota inquietudine ac prauitate paucorū facile firmabit̃ probada concordia, si in eā fidē quā euāgelicis & apostolicis p̃dicationibus declaratā p̃ antiquos patres nostros accepimus & tenemus, omniū corda cōcurrant, nulla penitus disputatiōe cuiusq̃ retractatiōis admīssa, ne p̃ vanā fallacēq̃ versutiā aut infirma videant̃ aut dubia q̃ in ip̃o lapide angulari Christo fundata sunt & sine fine māsura. Hoc nobis indefinenter orātibz, vt à sacramento singularis fidei nemo inueniat̃ alienus, sed dānata impietate hæreseos nullū de perditōe cuiusq̃ catholica ecclesia sentiat̃ detrimentū. Quod aut̃ pietatē vestrā de his per quos meas mihi epīstolas obsecraui, nunc quoq̃ simili fiducia p̃cor, vt vice meā acturos cōmendatos p̃ oīa habere dignemini, quo facilius & diligentius q̃ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio salubri impleantur affectu. Data quartodecimo Calendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola. XXI.

¶ Leo Episcopus Martiano, Augusto, &c.

**Q**uamuis p Constantinopolitanos clericos ad pietatē vestrā anterescripserim, sum-  
ptis tñ clementiæ vestræ literis p virū illustre pfectū vrbis filiū meū Tatianū, ma-  
gnā materiā gratulationis accepi, quia studiosissimos vos ecclesiasticæ pacis agno-  
ui, Cui scō desiderio digna & quitate cōferi, vt quē statū esse cupitis religionis,  
eundē habeatis & regni. Nā inter principes christianos spū dei cōfirmatē cōcordiā, gemina  
p totū mundū fiduciā roborat, qā profectus charitatis & fidei vtrorūq; armōq; potentiā insu-  
perabilē facit, vt propiciato per vnā cōfessionē deo, simul & hæretica falsitas & barbara  
struat hostilitas gloriosissime imperator, Auca igit per imperialē amicitia spe cœlestis auxi-  
lij cōfidentius pietatē vestrā pro sacramento salutis hūanæ incitare psumo, ne cuiusq; proca-  
ci impudētis versutia, quasi de incerto qd sequendū sit finatis inquiri. Et cū ab eūgelica apo-  
stolicaq; doctrina, nec vno quidē verbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis diuinis sapere,  
q̄ beati apostoli & patres nostri didicere atq; docuerūt, nūc demū indisciplinatē moueant &  
impiæ q̄stiones, q̄s olim mox vt eas p apta sibi corda diabolus excitauit, p discipulos verita-  
tis spūs sc̄tus extinxit. Nimis atq; iniquū est, vt p paucos insipientiā ad cōiecturas opinionum  
& bella reuocemur tanq̄ reparata discēptatē tractandū sit, vtrum Eutices impie senserit, &  
vtrū impie Dioscorus iudicarit, q in sanctæ memoriæ Flauiani cōdenatiōe se perculit, & sim-  
pliciores quosq; vt in eandē ruinā prouoluerent impexit, quorū multis iā (vt cognouimus) ad  
satisfactionis remedia cōuersis, & veniā de incōstanti trepidatiōe poscētibus, non cuiusmodi  
sit fides tractandū est, sed eorū p̄cibus qualiter annuendū. Vnde p̄ssimæ sollicitudini vestrę quā  
de indicenda s̄nodo habere dignamini p legationē q̄ confestim ad dementia vestrā deo an-  
nuente perueniet, quicqd ad causæ utilitatē arbitror p̄tinere, plenius atq; opportunius sugge-  
retur. Data nono Calēdas Maij, Adhelesio viro clarissimo cōsule, æra quasupra.

¶ Epistola. XXII.

¶ Leo e<sup>p</sup>s Martiano augusto.

**E** P o p o l e r a q u i d e à g l o r i o s a c l e m e n t i a v e s t r a , v t s y n o d u q u a d r e p a r a n d a o r i e n t a l i s e c c l e s i a e p a c e , à n o b i s e t i a p e t i t a n e c e s s a r i a i u d i c a s t i s a l i q u a n t i s p e r d i f f e r r i a d t e p u s o p p o r t u n i s i u b e r e t i s , v t l i b e r i o r i b u s a b o m n i p e r t u r b a t i o n e a n i m i s , i j q u o q e p i s q u o s h o s t i l i t a t i s m e t u s d e t i n e r , c o n u e n i r e n t . S e d q u a p i o s t u d i o h u m a n i s n e g o t i j s d i u i n a p o n i t i s , & r a t i o n a b i l i t e r a c r e l i g i o s e r e g n i v e s t r i v i r i b u s c r e d i t i s p s f u t u r u m , i j n u l l a s i t i f a c i e d o t u s e n s i b u s d i s s o n a n t i a , n u l l a s i t i n e u a n g e l i j p d i c a t o e d i s c o r d i a , e g o e t i a v e s t r i s d i s p o s i t i o n i b u s n o n r e n i t o r , o p t a n s v t o m n i u c o r d i b u s c a t h o l i c a f i d e s q u a n o n p t , n i s i v n a e s s e , f i r m e t . A c u i u s i n t e g r i t a t e & N e s t o r i u s a n t e a , & n u n c E u t i c e s d i u e r s i s q d e c a l l i b u s , s e d i p i e t a t e n o n i m p a r i d e u i a r u t , a b o m i n a d i p r o r s u s p s u a s i o i b s i u i s q u a s c o t r a s y n c e r i v e r i l u m i n i s f o n t e d e c o n o s i s l a c u b d i a b o l i c e f a l s i t a t i s h a u e r u t . P r i o r i t a q s y n o d e p h e s i n a N e s t o r i u c u d o g m a t e s u o m e r i t o



merito iusteq; dānauit, & quisquis in illo errore p̄sistit ad nullius p̄t spem remedij p̄tinere. Sequēs vero in p̄dicta ciuitate nō possum vocare cōciliū, qđ in euerfionē fidei fuisse cōstat agitatū, qđq; v̄a clemētia amore veritatis catholicis affutura aliud statuēdo q̄ssauit gloriosissime īperator. Vñ p̄ ip̄m dām n̄m Iesum Ch̄m qui regni v̄i est autor & rector, obtestor & obsecro clemētiā vestrā, vt in p̄nti synodo fidē quā beati patres n̄i ab apostolis sibi traditā p̄dicatū nō patiamini quasi dubiā retractari, & q̄ olim maiorū sunt autoritate dā nata rediuiuis nō p̄mittatis conatibus excitari. Illudq; potius iubeatis, vt antique Nicenē synodi cōstitutā remota h̄reticorū interpretatione p̄maneant. Nec me q̄q; vt voluit v̄a clemētia ab illo credatis abesse cōcilio, cū in his fratribus q̄s direxi. i. Palchafiano & Lucētio ep̄is, Bonifacio & Basilio p̄b̄is, sed & fratre meo Iuliano, quē eorū volui eē participem etiā mea sit aestimāda p̄ntia. Quos auxiliāte Ch̄o ita iacturos esse confido, vt ea q̄ dño n̄o placeāt, decernantur, accedēte pietatis vestrę studio, qđ & paci profit & religioni sit custodia veritatis. Data. VI. Calē. Iunij Adelphio viro clarissimo cōsule Era qua sup.

¶ Epistola beati Leonis papę ad Martiā Augustum.

¶ Epistola vigesimatertia.

¶ Leo ep̄s Martiano Augusto.

**M** Vltam mihi fidutiā scribēdi ad Clementiā vestrā & literā v̄a, q̄s venerāter accepi, & coepi mei reuerētes Cōstantinopoli p̄buerūt, nō sola assertōe verborū, sed ipsi operū effeētibus demonstrantes, ad defensionē catholicę fidei diuinum in vobis vigere p̄sidiū. Quo vtiq; nō solū ecclesię status, sed etiā v̄i robur munitur imperij, vt merito eius expectetis p̄tectionē, cuius colitis veritatē gloriosissime īperator. Nā vt fratri mei Anatholij citius manifestaret integritas, & olim dānati erroris rediuiuis assertor locū in Ch̄i ecclesia nō haberet, vt catholici ep̄i, q̄s nup̄ h̄reticorū p̄secutio degrauiare nō potuit ab iniustis reuocaretur exilijs atq; reliquijs b̄tē memorię Flauiani digno honore susceptis, ip̄ietatē suā cōdenator eius agnosceret, v̄a virtutis titulus, v̄a pietatis ē fructus cui cōfido etiā aliarū insignia accumulāda palmarū, vt sicut Cōstantinopolitana eccl̄ia recepta ap̄lica fidei libertate lātā, ita oēs regni v̄i puincię emūdatas se ā diabolici dogmatis cōtagione gloriētur, vt ergo p̄cedētib; l̄ris indicaui fr̄es meos Lucēsem ep̄m & Basiliū p̄b̄m q̄ sollicitudinis meę p̄tes possint īplere direxi, fauori eos pietatis v̄a in oib; q̄ sunt agēda cōmēdās. Nā cū & fratri mei Anatholij scriptis & n̄orū sermone cognouerim multos de his q̄ ap̄d Ephesum Dioscori factiōe cōpulsī, de stabilibus statutis penitēdū p̄buere cōsensum icōstātē suę veniā postulare, & cōiōne catholicā p̄satisfactiōem correctiōis expetere nō fuit taliū negligēda cōuersio, q̄ nō, p̄prio sensu, s; ip̄i p̄sumptoris īpulsu in hęc incidisse noscunt, in q̄bus liberū nō habuere iudiciū. Ne itaq; respiscētū desideria morālōgior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliq̄s & sine discretōe susciperet iniunctū ē ab ap̄lica sede directis vt in cōsortiū suę deliberatiōis accito Cōstantinopolitanę vrbis antistitē & pestilētię cōtagia nō admittant, & sanitatis remedia nō negent. Quā industria in oib; q̄ negter gesta sunt emēdādis celerē iuuāte dño consequēt effectū si reparatōi pacis eccl̄iasticę op̄e suā v̄a pietas dignet adiungere, vt vobis in terraregnātibus & dei regnū intra vos h̄re mereamini, & catholicā fidē nulla falsitas violet, nulla h̄resis ingetet, nec cuiq; liceat doctrinā euāgelicā deferere & sacerdotali honore gaudere. Synodū vero fieri vt meminit v̄a clemētia etiā ipsi poposcimus, sacerdotes puinciarū oīm cōgregari p̄ntis tēporis necessitas nulla rōne p̄mittit, qm̄ ille puincia de q̄bus maxime sunt euocādi, ingētate bello ab ecclesijs suis eos nō patiūt abscedere. Vñ oportuniore tpe p̄piciato dño cū firmior fuerit restituta securitas, iubeat v̄a clemētia referuari. De q̄re plenius inter cetera apud pietatē vestrā poterūt allegare q̄s misi. Data. V. Idus Iunij, Adelphio viro clarissimo cōsule.

¶ Incipiunt capitula.

(le. Era qua supra

¶ De fide eius scriptis missis probata.

¶ Cap. primū.

¶ De his qui metu in h̄resim lapsi sunt, vt si cōuersi fuerint recipiant.

¶ Cap. 2.

¶ De nominibus h̄reticorū ad altare nō recitandis.

¶ Cap. tertiū.

¶ De commendatione Iuliani ep̄isopi, velerum clericorum qui Flauiano ep̄isopo in fide adhererunt.

¶ Cap. quartū.

¶ Epistola beati Leonis papę ad Anatholiū ep̄m. ¶ Epistola vigesimaquarta

¶ Leo ep̄s Anatholio ep̄isopo.

**A**udemus in dño & in dono gratię ipsius gloriāmur, qui sicut dilectiōis tuę literis & fratrū nostrorū, q̄s Cōstantinopolim miseramus relatōe cognouimus sequacē euāgelicę eruditōis ostēdit, vt p̄ sacerdotis p̄babilē fidē merito p̄sumam, qđ tota ecclesia eidem credita est ne rugam cuiusquam sit erroris habitura vel maculam, dicente apostolo, despondi em̄ vos vni viro virginem castā exhibere Christo, illa em̄ virgo



## Epistole Leonis pape.

virgo ecclesia, spōsa vnus viri Christi, q̄ nullo se patit errore vitiari, in qua societate tuā dilectionis amplectimur, & gestorū q̄ sumpsimus seriē necessarijs (sicut oportuit) munitā subscrip-  
 tiōibus approbauimus. Vt ergo inuicē dilectiōis tuā aīus nostris cōfirmaret alioquijs, filios  
 nostros Caeteriū p̄bim, Patriciū & Asclepiadē diaconos q̄ ad nos tua scripta detulere cū epi-  
 stolis nostris post venerabilē diē festi paschalis emisimus, indicātes nos (vt supra diximus) de  
 Cōstantinopolitanā ecclesiā pace gaudere, cui hanc curā semp̄ impendimus, vt eā nulla ve-  
 limus hæreticorū fraude violari. ¶ De fratribus vero q̄s in epistolis tuis & legatorū nostrorū  
 relatione cōionis nostrā cupidos eē cognouimus, eo q̄ doleant se cōtra potētā, cōtraq̄ ter-  
 rores nō tenuisse cōstantiā in alieno scelere p̄buisse cōsensum, cū ita eos formido turbasset, vt  
 in dānationē catholici atq̄ innocētis antistitis, & in receptionē detestabilis prauitatis trepi-  
 do famularent obsequio. Illud quidē q̄d p̄sentibus & agētibus nr̄is cōstitutū est approbamus,  
 vt suarū interim ecclesiā essent cōione cōtenti, sed cū legatis nr̄is, quos misimus, participata  
 tecū solitudine volumus disponat, quatenus hi q̄ plenīs satisfactiōibus male gesta cōdēnāt,  
 & accusare magis se eligūt q̄ tueri pacis & cōionis nr̄e vnitatē lætant. Ita vt digno prius ana-  
 themate q̄ cōtra fidē catholicā sunt recepta dānent, aliter em̄ in ecclesia dei q̄ corpus est Chri  
 nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nr̄a p̄prietate naturā verus nos pōtīfex re-  
 cōciliat, verus imaculati agni sanguis emūdat, licet in patris sit cōtra constitutus, in eadē tñ  
 carne quā sumpsit ex virgine sacrm p̄prietatē exequit, dicēte ap̄lo, Chrus Iesus q̄ mortuus ē,  
 imō q̄ & resurrexit, q̄ est in dextera, q̄ etiā interpellat p̄ nobis. Neq̄ em̄ p̄t in aliquo benigni-  
 tas nr̄a rep̄hēdi cū satisfaciētes recepimus q̄s doluimus eē deceptos. Nec asperē igit cōionis  
 nr̄e gratia denegāda est, nec temere largiēda, q̄a sicut plenū pietatis est opp̄sū charitatē dñi,  
 eā redhiberi, ita iustū est oīa p̄turbatōis autoribus imputari. ¶ De noībus autē Dioscori, Iuue-  
 nalis, & Eustatii ad sacrū altare recitādīs, dilectionē tuā hoc decet custodire, q̄ n̄i ibidē cōsti-  
 tuti faciēdū eē dixerūt, q̄q̄ honorādā sc̄to Flauiano memoriā nō repugnet, & ā grā tua chri-  
 stianę plebis aīos nō auertat. Nā iniquū nimis est atq̄ incōgruū eos q̄ innocētēs & catholicos  
 sua p̄secutiōe vexarūt, sc̄toq̄ noībus sine discretiōe misceri, cōdēnatā impietate nō deferentes  
 ipsi se sua prauitate cōdēnant quos cōuenit aut percelli pro p̄fidia, aut laborare pro venia.  
 ¶ Fratrē vero & cōep̄m nostrū Iulianū vel clericos q̄ sanctā memoriā Flauiano fidelibus offi-  
 cijs adhæserūt, dilectiōi q̄q̄ tūc volumus adhære, vt quē fidei suæ meritis viuere apud dñm  
 nostrū nouimus in te sibi eū p̄sentē agnoscat, illudq̄ dilectionē tuā nosse volumus fratrē & co-  
 ep̄m nostrū Eusebiū q̄ causa fidei multa discrimina laboresq̄ tolerauit, nobiscū interim demo-  
 rari & in nr̄a nūc cōione persistere, cuius ecclesiā tua solitudine volumus eē defensam, vt ni-  
 hil eodē absente depereat, & nullus ei in aliq̄ p̄iudicare p̄sumat, donec cū literarū nostrarū ad  
 vos p̄secutiōe pueniat, & vt maior circa te vel nr̄a vel totius christianę plebis affectio p̄uoceat  
 hoc q̄d ad dilectionē tuā scripsimus, in oīm volumus notitiā puenire, vt q̄ deo nō deseruiunt  
 de cōfirmata apud te pace sedis ap̄licæ gratulent. De cæteris vero causis atq̄ personis dilectio  
 tua literis q̄s per nostras accipiet, plenius instruet. Data Idus Aprilis, æra qua supra.

¶ Itē, eiusdē ad Natholium episcopum Constantinopolitanum.

¶ Epistola. XXV. ¶ Leo episcopus Anatholio ep̄o.

**D**iligentiā necessariā solitudinis quā fraternitas tua in dirigēdis ad nos lris exequit,  
 approbamus, & acceptis p̄siliū nostrū Olimpiū paganis tuis sacerdotale in te curā  
 vigere sentimus, cui nos quoq̄ q̄tū dñs dat posse nō desumus exorātes dilectionē  
 tuā, vt q̄a tēpus laboris indicimus in sc̄tā vigilātia p̄seueres, donec dextera dñi fa-  
 ciat virtutē, & sub pedibus ecclesiæ suæ cōterat tētatorē. Cōsolat etem̄ nos per oīa p̄parata di-  
 uinitus clemētissimi principis fides quē in eo rursus sicut oportuit sum cohortatus alloquio, vt  
 impijssimorū latronū ausibus districtiore cōstātia faciat obuiari, q̄s nephas est tñ de suo fauo-  
 re p̄sumere vt etiā apud Cōstātinopolim audeāt insanire. Sed hoc eis ideo diuinę p̄uidentię  
sua obduratōe cæcati, ita in reprobi sensus amētiam transierūt, vt mallēt furere, quā sanari,  
ad Imperialē pertinet potestātē, vt pturbatores Ecclesiæ pacis, & Reipublicæ, quæ Ch̄rianis  
p̄cipibus merito gloriā, inimici sollicitius comprimant. Vt aut̄ ip̄erialis est (vt diximus) po-  
testatis, tumultus publicos ac seditōes sacrilegas s̄uerius coercere, ita authoritatis est sacerdo-  
talis monachis p̄dicandi aliquam contra fidē licētiam non p̄bere, & omni virtuti resistē-  
re, ne ea quæ ad sacerdotes p̄tinēt, sibi audeāt vēdicare. Vnde miramur fr̄em Thalassium ep̄m  
q̄d Georgio (nescio cui) q̄ p̄sumēdo illicita, & propositū monachi, & nomē amisit, scribēdi  
vī p̄dicandi aliquā p̄miserit facultatē. Ad quē ep̄m (si dilectōi tuæ visum fuerit) ex hac par-  
te competētia scripta mittamus. Agat itaq; fraternitas tua opportunis suggestionibus, vt cle-  
mentissimus princeps quæ d̄no sint placitura p̄cipiat, & incētores cruētaz seditiōnū iubeat  
competētius coerceri, vt nec illi ip̄uniti sint, quorū manus scelera p̄petrarūt, nec illi q̄ taliū vī  
tur isania. Si aut̄ ingitio iudiciaria, & confessio reorū ad eas p̄sonas puenit, quæ vel consilio,  
vī impulsu mala tm̄ commissa sunt, nullius fauoris eis p̄stāda sunt solatia. Quātum em̄ melio-  
ra de ip̄is sunt credita, tantū sunt amplius detestādi, quorū nunc ip̄ietas quæ p̄ hypocritam fue-  
rat velata detegit. Et ideo agat Ch̄rianissimus & piissimus Imperator, quod paci Ecclesiasticæ  
intelligit profuturū. Quē sup̄erna inspiratōe ita istruendū esse, confide, vt & disciplina inque-  
tos reuocare, & à sanguine eorū iubeat abstineri, quāuis nil vltionū non mereant subire, q̄ au-  
si sunt & diuinis & humanis constitutionibus repugnare.

¶ Leo Eudochiæ Augustæ de Palæstinis monachis.

### EPISTOLA XXXIX.

**C**Vanta mihi Catholice cura sit fidei, & qua sollicitudine (inquantū D̄ns adiuuat) de-  
beat p̄caueri, ne vnquā ab imperitis & ip̄ijs vetitatis Euangelio resistat, pieta-  
tem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutatōis officio, quo semper mihi est  
orāda clemētia, obsecro dominum, vt me tuam incolumitatē in causa fidei, in  
quo quorundā prouinciā intra palæstinā monachorū fuerant corda turbata, magis magisq;  
faciat adiuuare, vt tantum quod pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ peruersitati omnis si  
dulia subtrahat. Quos em̄ nec ratio sacramētorum, nec authoritas scriptorū, nec ip̄a sacratōꝝ  
locorum testimonia commoueant, q̄d eis nisi abruptum periculum timeretur. Profit ergo  
Ecclesijs sicut fauente Deo & prodest, & profit generi humano, in verbis Dei vestram ibi esse  
voluntatem, vbi d̄m nostrum Iesum Ch̄m vobis sicut deum verum, & verum quoq; homi-  
nem in vnitāte p̄sonæ, & mirabilem iudicia, & passionum documēta loquūtur. Si ergo p̄r-  
dicti nomen catholicum venerantur, & diligunt, & inter d̄ni corpus se volunt membra nomi-  
nari, prauos errores quos temere admiserant, detestent̄, & agant p̄cēnitētiā impiæ blasphemie,



mias, cruentosq; factos. Succumbant pro salute animarum suarum synodalibus quæ in ciuitate Calcedonensi sunt confirmata decretis. Et quæ ad intelligendum sacri sacramentis humanarum, nisi fides vera, & humilitas quæta non puenit, credant in Euangelio, quod continent in symbolo, nec impijs dogmatibus misceant. Fides enim catholica sicut damnat Nestorium qui in vno domino nostro Iesu Christo duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Euticem cum Dioscoro, quod ab vni genito dei verbo negant in vtero virginis matris veritate carnis humane susceptam. Si quod autem erga prædictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit, quod gloria vobis præstabit æternam, peto hoc mihi clementer vestræ lris indicetis, vt & in vobis boni operis fructum, & illis gaudeam misericordiam domini non perisse. Data septimo Calends. Iulij. Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola Leonis Papæ. XL.

**F**Requetissime dilectionem tuam ad hanc curam & diligentiam meis sum lris cohortatus, vt de his quæ circa fidem agunt, sollicitudinem meam indefinenter instrueres, & cum omnibus occasionibus scribere non quiescam. Quibusdam tamen scriptis meis idem per filium nostrum Rodanum domesticum filij nostri viri illustrissimi Aspiratij datis, nullum responsum tuæ fraternitatis accepi, tanquam ratio temporis non habuerit, vt quod post mea scripta sit gestum potueris indicare, & ideo per filium meum Rodanum his lris saluto, & vt opportunitatem scribendi non negligas, in quo quæstus sollicitudinis meæ reuelat admoneo. Cum enim in te quandam mei Constantinopolitanam habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius Ecclesiæ dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quod possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos vel ad gloriosissimum principem, vel ad tuam dilectionem scripsi, vt celerrime tradant effectui opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit (deo auxiliante) dispositum scire me facito, vt perductis in effectum his quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei canonumque custodia, & securior vbiq; habeatur & fortior. Data. VII. Calends. Iulij. Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola XLI. ¶ Leo ad Palæstinos.

**S**ollicitudini meæ quam vniuersali Ecclesiæ omnibusque eius filiis debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis vestræ animis quiddam offensionis illatum, dum aut imperiti (vt apparet) interpretes, aut maligni, quædam vos aliter intelligere, quam ad me sunt prædicta fecerunt, non valentes in græcæ eloquiū apte & proprie latina transferre cum in rebus subtilibus & difficultibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quicquid sufficiat. Quod tamen apud me eo proficit, vt dum ea quæ Catholica fides respuit improbitatis, intelligamus vos veris amiciores esse, quam falsis, & id merito refutare, quod ex antiquæ institutionis doctrinæ etiam ipse Eutices detestatur. Quamuis enim epistola mea ad sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum data, satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquo aut purgationis aut expositionis indigeat, & alia tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus sunt prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitate enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbauerant dissendendi, & clementissimis principibus, & sancto Concilio synodali, & Constantinopolitanæ Ecclesiæ quod de incarnatione verbi secundum Euangelicam Apostolicamque doctrinam deberemus sapere ac sentire patefeci, & in nullo à sanctorum primæ confessione discessi, quia vna est vera singularis perfecta inuiolabilis Catholica fides, cui nihil addi, nec minui potest. Quam Nestorius prius, & nunc Eutices diuersa quidem assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, & Ecclesiæ dei duas hæreses sibi met contrarias inferre tentarunt, vt vterque à discipulis veritatis merito damnaretur, quia infanum nimis & sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo sensere.

¶ Anathematizet ergo Nestorius qui beatam virginem Mariam hominis tantummodo credidit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec vnum Christum in verbo dei, & carne sentiret, sed separatim ac seiuictum alium filium dei, alium hominis prædicaret, cum manente illa incommutabilis verbi eternitas, quæ ei cum patre & spiritu sancto intertemporalis atque coeterna est, ita intra virgineam viscera verbum caro sit factum, vt in vno conceptu, vnoque partu eadem virgo secundum vniōnem vtriusque substantiæ, & ancilla domini esset, & mater. Quod etiam Elizabeth (sicut Euangelista declarat) intellexit, & dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Eutices quoque eodem percellat anathemate, qui per impios veterum hereticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum dominum nostrum Iesum Christum vnius asserat esse naturæ, tanquam verbi deitas ipsa se in carnem animamque conuerterit, & concipi ac nasci, nutrire, ac crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri, ac resurgere, & ascendere in celum, & in patris dextera, vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet, considerare, eius tamen eternitatis fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis veritate recepit, quoniam natura vni geniti, natura est patris, natura est spiritus sancti, simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternæ Trinitatis indiuisa vnitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde se ab Apollinaris puerilitate hæreticus iste desciscit, ne conuincat deitatem impassibile sentire, atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis vnam audes pronuntiare, natu



## Epistole Leonis pape.

re naturam, non dubie in Manichæi & Marchionis transit insaniam, & mediatorē dei & hominum hominē Iesum Christū simulatorē credit egisse, nec humanū in ipso corpus, sed phantasticā corporis spēm oculis apparuisse cernētium. Quæ impietatis mēdacia, quoniā olim fides Catholica detestatur, & talium sacrilegia concordibus p totum mundū beatorū p̄f̄m sunt damnata sentētis, quicūq; illi sunt ita obcæcati, & à lumine veritatis alieni, vt verbo dei à tēpore incarnatōis humanā, id nostrā negēt inesse naturā, ostēdant in quo sibi Ch̄fianum nomen vsurpēt, & cum Euāgelio veritatis qua rōne deitatis, aut deitas est orta sine carne. Si enī negari non pōt, q̄ verbū caro factū est, & habitauit in nobis, ita negari non pōt, q̄ deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Quæ at̄ reconciliatio eē pōt qua humano generi pp̄itiaret deus, nisi oīm causam mediator dei hoīm q̄ susciperet. Qua vero rōne veritatē mediatoris imple-ret, nisi q̄ in forma serui particeps eēt & nostris: vt p̄ vnum nouum hoīem fieret renouatio vetustatis, & mortis vinculū vnus pr̄uaricatōe contractū, vnus morte, q̄ solus morti nihil debuit soluere; Effusio enī pro iniustis sanguinis iusti, tam potēs fuit ad priuilegiū, tam diues ad precium vt si vniuersitas captiuorū in redēptorē suum crederet, nullum tyrānica vincula retinerēt, qm̄ sicut Apostolus ait, vbi abundauit p̄c̄m, sup̄abundauit & gr̄a, & cum sub peccati p̄iudicio nati p̄tē accepserint, ad iustitiam renascēdi, validius factum est donū libertatis quam debitū seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacramēti pr̄sidio spem relinquunt, q̄ in saluatoris nostri corpore negant humanæ subst̄tiæ veritatē; Dicant in quo sacrificio reconciliati, dicāt quo sanguine sint redēpti. Quis est q̄ tradidit semetip̄m pro nobis oblationē, & hostiam deo in odore suauitatis, aut qd̄ vnquā sacrificiū sacratius fuit, quam q̄ verus pontifex altari crucis p̄ immolationē suæ carnis imposuit. Quāuis enī multorū sanctorū in conspectu dñi prociola mors fuerit illius tamē infantis occisio, propitiatio fuit mundi. Accepere iusti, non dederūt coronas, & de fortitudine fidelū exēpla nata sunt patiētiae non dona iustitiæ. Singulares qp̄pe in singulis mortes fuere, nec alterius quisq; debitum suo sine p̄soluit, cum inter filios hoīm vnus solus dominus noster Iesus Ch̄sus extiterit, in quo oēs crucifixi, oēs mortui, oēs sepulti, oēs sunt etiam suscitati, de q̄bus ip̄e dicebat: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me. Fides etenim vera iustificans impios, & creans iustos ad humanitatis suæ tracta participē in illo exquir̄ salutē, in quo solo homo se inuenit innocentē, libeꝝ habēs p̄ grām dei de eius potētia gloriari, q̄ contra hostē superbū in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorū corpore triumphauit. Quāuis ergo in vno domino nostro Iesu Christo vero dei atq; hominis filio verbi & carnis vna p̄sona sit, & vtraq; essentia communes habeat actiones, intelligēdæ tñ sunt ip̄sorū op̄eꝝ qualitates, & synceræ fidei contēplātōe cernendū est, ad quæ prouehat humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinet altitudo virtutis. Quid sit quod caro sine verbo non agit, & quod sit quid verbum sine carne non efficit. Sine verbi enī potētia nec conciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potētia non adoraret magi puerū nouo sydere declaratū, & sine veritate carnis non iubere transferri in Aegyptū puer, & ab Herodis p̄secutōe subduci. Sine verbi potētia non diceret vox patris missa de celo, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, & sine veritate carnis non protestaret Iohannes: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit p̄c̄tā mundi. Sine verbi potētia redintegratio debiliū, & viuificatio mortuorū, & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus eēt necessarius fatigato. Postremo sine verbi potētia non se dñs patri profiteretur æqualē, sine veritate carnis non idē diceret patrē eē maiore, cū catholica fides vtrūq; suscipiat vtrūq; defendat, quæ sc̄dm proprietatē diuinæ humanæq; subst̄tiæ, vnum dei filiū & hoīem credit & verbum. Quāuis ergo ab illo initio, quo in vtero virginis verbū caro factū est, nihil vnquā inter diuinā humanamq; subst̄ntiā diuisionis extiterit, vt p̄ oīa incremēta corporea vnus p̄sonæ, fuerint totius tēporis actōes, & ip̄a tamē quæ inseparabilē facta sunt nulla, p̄mixtione confundamus, sed qd̄ cuius formæ sit ex op̄eꝝ qualitate sentimus, nec diuina enī humanis pr̄iudicant, nec humana diuinis cum ita in idip̄m vtraq; concurrant, vt in eis nec proprietas absumat, nec p̄sona germinet. Dicant igit̄ isti ph̄tastici Ch̄fiani, quæ subst̄ntia saluatoris affixa sit ligno, quæ iacuerit in sepulchro, & reuoluto monumēti lapide, quæ tertia die caro surrexit, v̄l quale corpus Iesus discipulorū visui clausis ad eos ostiis ingressus intulerit, cū ad abigēdam cernētium diffidētiā inspici oculis, digitisq; tractari, patētes adhuc fixuras clauorū & recēs compuncti lateris vulnus exigeret. Ac si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit. Ostēdant vnde sibi spem vitæ polliceant æternæ, ad quam nisi per mediatorē dei & hoīm, hoīem Iesum Ch̄m non pōt perueniri. Non est enī aliud nomē datū hominibus sub celo in quo oporteat saluos fieri, nec est redēptio captiuitatis humanæ, nisi in sanguine eius q̄ dedit semetip̄m redemptionē pro oībus. Qui (sicut prædicat beatus Aplus) cum in forma dei eēt non rapinā arbitratus est eē se æqualē deo, sed semetip̄m exinanīuit for-

mam



mam serui accipiens, in similitudine hoim factus, & habitu inuētus vt hō. Humiliauit semet-  
ipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Propter qd & deus illū exaltauit, & do-  
nauit illi nomē qd est sup omne nomē, vt in noīe Iesu omne genu flectat, cœlestiū, terrestriū,  
& infernū, & oīs lingua cōfiteat, qd dñs Iesus Chrūs in gloria est dei patris. Quāuis ergo vn⁹  
sit dñs Iesus Chrūs, & veræ deitatis veræq; hūanitatē in ipso vna prorsus eadēq; psona sit, ne  
q; huius vnitionis soliditas vlla possit diuisione seiungi, exaltationē tñ qua illū exaltauit deus,  
& donauit illi nomē qd est sup omne nomē excellit, ad eā intelligimus ptinere formā quē di-  
tanda erat tantæ glorificatiōis augmēto. In forma quippe dei æqualis erat filius patri, & iter  
genitorē atq; vnigenitū nulla erat in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec p in-  
carnationis mysteriū aliqd decefferat verbo qd ei patris munere redderet. Forma autē serui p  
quā impassibilis deitas sacrm magnæ pietatis impleuit, hūana humilitas est, & in gloria diuīæ  
ptātis euecta est in tantā vnitate ab ipso cōceptu virginis deitate & hūanitate cōnexa, vt nec  
sine hoīe diuina, nec sine deo agerētur hūana. Propter qd sicut dñs maiestatis dicit crucifixus,  
ita q ex sempiternitate æqualis est deo, dicit exaltatus. Nec interest ex qua Chrūs substantia  
noīet, cū inseparabilī manēte vnitate psonæ, idē sit & totus hoīs filius propter carnē, & totus  
dei filius propter vnā cū patre deitatem. Quicqd ergo in tpe accepit Chrūs, secundū hominem  
accepit, cuiq; non habuit, conferunt. Nā secundū potentiā verbi indifferenter oīa quæ habet  
pater, etiā filius habet, & q in forma serui a patre accepit, eadē in forma patris etiā ipse dona-  
uit, & idē ipse & diues & pauper, Diues, qā in principio erat verbū & verbū erat apud deū, &  
deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū, oīa p ipsum facta sunt, & sine ipso factū est ni-  
hil. Pauper vero qā verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ autē est eius exinanitio,  
quæ uē paupertas, nisi formæ seruilis acceptio, per quā verbi maiestate velata, dispēlatio hu-  
manæ redēptionis impleta est. Nā qā captiuata nra naturæ resolui originalia vincula nō po-  
terant, & ab hostis imperio relaxari, nisi existeret hō nostri gñis, nostræq; naturæ quē vete-  
ris debiti p̄iudicia nō tenerēt, & q immaculato sanguine suo chyrographū lētale dilueret, si-  
cut ab initio erat diuinitus p̄ordinatū, & prophetarū oraculis p̄nuntiātū, ita est in plenitudine  
p̄finiti tēporis factū, vt multis modis significata promissio in diu expectatū veniret effectum  
nec posset eē ambigū, qd cōtinuis significatōibus semp fuerat nuntiātū. Destructis itaq; tot  
hæresibus, q per sanctā deuotionē p̄fidentū patre a corpore sunt catholicæ vnitatis abscessæ  
quæq; ideo extorres a Chro eē meruere, qā verbi incarnationē, q singularis est recte creden-  
tiū salus, fecerunt sibi lapidē offensionis, & petrā scādali, miror dilectionē vestrā in discernen-  
do veritatis lumine laborare, & cū multis manifestationibus declaratū sit, quā recte & Nesto-  
riū & Euticē cū Dioscoro fides christiana dānauerit, nec christianus possit vocari, q vel illius,  
vel horū impietati p̄ber assensum. Doleo vos euangelicæ & apostolicæ doctrinæ (vt audio) re-  
sultare, exagitādo seditionibus ciuitates, cōturbādo ecclesias, nec solū iniuriās, sed etiā cades  
p̄bris atq; ep̄is inferēdo, vt prē furore & sœuitia, ppositi vfi, & p̄fessionis sitis imemores. Vbi  
est regula māsuetudinis & quietis, vbi longanimitas patiētis, vbi trāquillitas pacis, vbi firma-  
mentū dilectiōis & tolerantiæ fortitudo? Quæ vos ab euāgelio Christi aut p̄uasio abduxit, aut  
p̄secutio separauit, vel q tanta extitit decipientis astutiæ, vt obliti prophetarū, & ap̄loz, ob-  
liti symboli salutaris, & cōfessionis qua pronuntiātes corā multis testibus sacrm baptismi su-  
scepistis, diabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos acturū fuerāt vngulæ, qd sa-  
ua tormēta, si ad expugnādā fidei vīæ integritatē tantū vana hæreticorū commēta valuerūt?  
Pro fide vos agere creditis, & fidei cōtrahitis, Ecclesię noīe armamini, & cōtra ecclesiā dimica-  
tis. Hoc a prophetis, hoc ab euāgelistis, hoc ab apostolis didicistis, vt negātes Chri carnē, &  
ipsam verbi essentia passioni mortiq; subdētes, alienā faciatis nostrā a suo reparatore naturā,  
totūq; qd crux intulit, qd lancea vulnerauit, qd sepulchri lapis suscepit & reddidit solū fuisse  
opus diuinæ potētiae, nō etiā humilitatis hūanæ? Propter quā ap̄lus dicit, Non em̄ erubescō  
euāgelii. Quoniā nouerat quale christianis obijceret opprobriū ab inimicis. Et ideo dñs p-  
restabat, dicēs. Qui me cōfessus fuerit corā hoībuz, & ego cōfitebor illū coram patre meo. Hi  
em̄ nō erunt digni cōfessione filij & patris, qbus nunc caro Chri verecundiā facit, probabūtq;  
se nullā de ligno crucis sumpsisse virtutē, q quod p̄ferendū frontibus acceperūt, promere la-  
bīs erubescūt. Declinate filij ab his diabolicis p̄uasiōibus declinate. Veritatē dei nulla res vio-  
lat, sed veritas nos nisi in nra carne nō saluat. Veritas quippe (sicut p̄pheta ait) de terra orta  
est, & sic verbū Maria cōcepit, vt vniendā sibi carnē de sua substantia ministraret, nec cū adie-  
ctione psonæ, nec cū euacuatione naturæ, qm̄ qui erat in forma dei, ita accepit formā serui, vt  
vnus atq; idē in forma vtraq; sit Chrūs inclināte se deo vsq; ad infima hoīs, & proficiēte hoīe  
vsq; ad summa dietatis, dicēte ap̄lo. Quorū patres & ex quibus Chrūs secundū carnē, qui est  
super omnia deus benedictus in secula, Amen.



## Epistole Leonis pape.

¶ Leo Theodorico Episcopo de fidei perseverantia. ¶ Epistola. XLII.

**A**Rmeantibus ad nos fratribus & consacerdotibus nostris quos ad sanctum conciliū sedes beati Petri direxit, agnouimus, dilectionē tuam superno adiutorio nobiscū tam Nestorianā impietatis, q̄ Euticianā vesaniā extitisse victtricem. Vnde gloriamur in dño cū prophetā cantātes. A diutoriū nostrū in noīe dñi, qui fecit cælum & terrā. Qui nullū nos in nostris fratribus detrimētum sustinere permisit, sed quā nostro prius ministerio definierat, vniuersā fraternitatis irretractabili firmavit assensu, vt vere à se pdesse ostenderit, quod prius à prima omnīū sede formatū totius christiani orbis iudiciū recepisset, vt in hoc quoq; capite mēbra concordent. In quo amplior nobis in hac re sit gaudendi materia, dum & tanto magis perculit inimicus, quāto cōtra Christi ministros seruus insurrexit. Nā ne aliā sedium ab ea quam ceteris omnium dñs statuit p̄fidere consensu absentatio videretur, aut alia quēlibet subrepere posset aduersa suspitio, inuenti prius sunt qui de iudicijs nostris ambigerent. Et dū nonnulli ad dissentiones incitati ab autore contradictionis ad infana bella profiliunt, ad maius bonū, malum eius autore totius bonitatis dispensante prouētum conuertitur. Dulcius siquidē munera gratiē diuinā proueniunt, quotiēs non sine magnis sudoribus acquirunt. Et minus bonum videri solet pax continuata per otīū, q̄ reddita post laborē. Ipsa quoq; veritas & clarius renitescit, & fortius retinetur dū quā fides prius docuerat, hęc postea examinatio confirmaret. Multū deniq; sacerdotalis officiū meritum splendet vbi sic summog; seruatur autoritas, vt in nullo inferiorē putetur imminuta libertas. Et ad maiorem gloriā proficit finis examinis quando ad hoc se accepit exercendi fiducia, vt vincatur aduersitas, ne quod p se probatur reprobū silentij p̄iudicio videat oppressum. Exulta igitur charissime frater, in vnico filio victor exulta. Vicit p nos ille, cuius carnis veritas negabat, vicit p nos, & pro nobis ille cui vicimus. Secunda est post aduentū domini hęc obsequiū. Redditum seculo est p̄done prostrato incarnationis diuinā mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre nō poterat, calumnijs obscurabat. Quinimod ab incredulog; corde perierat immortale mysteriū, quia nihil prodest tanta salus incredulis ipsa veritate suis dicente discipulis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autē non crediderit, condemnabitur. Solis iustitiā iubat, densis per orientē Nestorij & Euticetis nebulis impeditū, pure ab occidente resplenduit, vbi cōmercium in apostolis & doctoribus principalr collocavit, quīs nec illic vnq; defuisse credēdus sit, quo cōfessores sibi egregios reseruauit. Ita vt dum denuo conaret hostis antiquus per secundi Pharaonis impēnites cor, fidei Abrahā semē & filios extinguere, deo miserante languescēs, nisi sibi nocere nihil possit. De quo & illud omnipotēs mirabilius egit, q̄a & quos sibi conscios ad Israelitici populi sedes asciuerat, nō cum tyrannidis autore submersit, sed cum suo populo cōgregauit, & sicut reuera se dignū & soli sibi possibile fons misericordiā nouerat, victos à nobis nobiscū fecit esse victuros. Nā dū solus vere sit humani generis hostis spūs falsitatis, oēs de illo iam triumphare nō dubium est quos sibi veritas vēdicauit. Nunc prorsus illa redēptoris nostri dicta q̄ sint diuinę autoritatis apparet, dū cōtra hostes fidei sic aptant, vt de ipsis dubitare dictis nō liceat. Vos inq; ex patre diabolo estis: Et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate nō stetit, q̄a veritas in eo nō est. Quādo loquit mēdacium, ex suis proprijs loquit, q̄a mēdax est & pater eius. Nihil ergo mirandū est, q̄ hi q̄ in veritate dei nostrā naturę mēdacium crediderunt, patri suo & circa ista cōcordant, quicq; visum, quicq; auditum, quicq; deniq; teste euangelio tactum est atq; palpatū in vnico dei filio, nō eius cuius probatū est asserētes, sed cōternę & coessentialis patri fuisse substantiā, quasi aut diuinitatis natura, crucis ligno transfixa sit, aut incōuertibilis crescere p̄tates, & in sapiētia proficere, sapiētia sempiterna vel spūs deus, q̄ spūritus est, subinde repleti poterit. In hoc quoq; se acerba vesania, ex quo autore processerit, p̄dit, q̄ quantū in se est, vniuersis nocere molita. Nā qui nos persequēdo afflixit, ceteros ad consensum sceleris impellēdo deprauauit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus (q̄a mēbra nostra sunt) vulnerasset, à speciali dolore fecit exceptos, q̄bus noua & inaudita, atq; incredibili audacia inferre cōtra suum caput est molitus iniuriā. Sed vtinā vel post tot pessima resipiscens, nō nos etiā de suo æternę dānatōis interitu cōtristaret. Quā mēsurā sceleris p̄termisit, cui nec hoc sufficere potuit, q̄ nec viuīs parcēdo, nec mortuis etiā in sanguine inocētis & catholici sacerdotis pollutas iā pridē abdicata veritate, atq; approbata falsitate, manus intrinxit, & cū scriptū sit, q̄ odit fratrem suū, homicida est, ille quod odio iam fecisset, addictus est, impleuit operibus, q̄si nec audisset, nec aliud quod dñs ait. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enī meum suauē est, & onus meū leuē est. Dignus diabolici p̄dicator erroris Aegyptius vastator inuentus est, q̄a tanq; sauiſſimus tyrannus ecclesię nephādas blasphemias per violentem seditioforum turbam, & per cruentas manus militum, venerandis



randis fratribus imponebat, & cū voce nostri redēptoris firmatū sit vnū eundemq; homicidiū & falsitatis autōrē, ille pariter vtcūq; cōpleuit, quasi nō vt caueant, sed vt perpetrent scripta sint, ad pditionis suæ cumulū trahēs, q̄ dei filius monuit ad salutē. Illud q̄q; surda nimis aure p̄teritēs q̄d ab eodē dño dictū est. Ergo q̄d vidi apud patrē meū, loquor, & vos ergo q̄d vidistis apud patrē vestrū facitis. Igit dū sanctæ memoriæ Flauiano vitā p̄sentis seculi moliret auferre se serenæ vitę luce priuauit. Dū vos ab ecclesiis vestris conaret expellere, se à christianorū collegio segregauit. Dū trahit plurimos & impellit ad erroris assensum, multiplici animā suā vulnere sauciāuit, solus vltra oēs & per oēs, ac pro oībus reus q̄ causa reatus oībus fuit. Sed licet his tua fraternitas solido cibo firmata indigere minime videat, tñ quod nostri loci est implemus circa vocē dicentis apostoli. Præter ea q̄ extrinsecus sunt, instātia mea quotidiana sollicitudo omniū ecclesiæ. Quis infirmat & ego nō infirmor? q̄s scandalizat & ego nō vror? Hoc p̄cipue p̄sentī occasione credimus admonendū frater charissime, vt quotiēscūq; diuina gratia ministrāte, illos q̄ foris sunt fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus. In nullo ab illis quas spūs sancti diuinitas in Calcedonēsi cōcilio protulit fidei regulis recedētes, iter vtrūq; hostē nouellæ pfidiæ sermonē nostrū cū omni cautela liberemus. Non iā (quod absit) tanq̄ de dubijs discēptātes, sed autoritate sua q̄ bene definita sunt astruētes, cū & in apostolicæ sedis eplā vniuersali sanctę synodi assensu firmata tāta diuinæ autoritatis testimonia nouerimus esse cōgesta, vt nullus queat vltius dubitare, nisi q̄ subimetipsi errorē tenebras inferre maluerit, cū synodalia gesta vel q̄bus primū definitio fidei legi esset formata, vel q̄bus p̄fatæ literæ apostolicę sedis, etiā tuæ fraternitatis studio defensę sunt, & maxime ad p̄ssimos principes totius cōcilij allocutio, tot sit p̄cedentiū patrū testimonijs roborata, vt quis imprudētī ac p̄tinaci aīo, si tñ nō iā cū diabolo pro sua impietate dānatus ē, valeant suadere. Vnde hoc quoq; cōtra hostes ecclesiæ providere cōdignū est, vt eis nullā calumniandi occasiōē (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec vnq̄ contra Nestorianos aut Euticianos agētes alteri eorū videamur terga vertisse. Sed vtrōq; Christi hostes & qua lance vitemus atq; dānemus. Ita vt nos quotiens audientiū quamlibet poscit vtilitas, cū dogmatibus eorum digno anathemate p̄romptissime atq; euidentissime feriamus, ne si à nobis hoc quod obscurius fieri videat aut tardius putet inuitū. Quod quis prudētia tuā res ipsa ammonere sufficiat, nūc tñ & experimēta docuerūt. Sed b̄dīctus deus noster cuius inuincibilis veritas ab omni hæreseos macula munda te secundū sedis apostolicę iudiciū monstrauit. Cui dignā retribuis pro tot laboribus gratiā, si talē te qualē probauimus ac probamus, pro vniuersalis ecclesię defensiōe seruaueris. Nā q̄ deus oīm calūniosorū fallacias soluit, maximā beatissimi Petri curā pro nobis cūctis agnoscimus, q̄ priusq̄ suæ sedis iudiciū in fidei definitiōe firmauit, nec circa cuiusq̄ vestrę q̄ nobiscū pro catholica fide laboratis p̄sonā reprobū videri p̄misit, q̄ nec poterat spūs sancto indicante quisq̄ nō victor exire, quorū iā vicerat fides. Quod superest exhortamur, vt q̄ illic nōnullas Euticiani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remansisse, nunc etiā sedi apostolicę collabores. Victoria em̄ quā deus noster suæ donauit ecclesię, q̄ diu in hoc mundo versamur, licet fiducia maiorē tribuat, non tñ in totū solitudinē perimit, nec vt dormiamus donata est, sed vt suauius laboremus. Vnde in hoc quoq; tuæ vigilantię solitudinē volumus adiunari, vt tua relatione currēte, q̄d apud illos religionis doctrina dñica proficiat, apostolicā sedē festines instruere, q̄tenus illius religiōis sacerdotes in q̄cūq; vsus exegerit, adiuuemus. De his vero q̄ in supradictō cōcilio illicita cōtra venerabiles Nicænos canones p̄sumptiōe tērata sunt ad patrē & coepiscopū nostrū Antiochænę sedis p̄sulē scripsimus, adiūcentes & illud, q̄d nobis propter improbitatē monachorū quorundā religionis vestrę verbo mandasti per vicarios n̄ros & specialiter statuentes, vt p̄ter dñi sacerdotes, nullus audeat p̄dicare, seu monachus siue ille sit laicus cuiuslibet scientię noīe gloriatur. Quas tamē literas pro vtilitate vniuersalis ecclesię per p̄dictum patrē & coepiscopū nostrū Maximū ad omniū volumus peruenire notitiā, & ob hoc id nolumus eaz̄ exemplar adijcere, q̄a quę p̄dictō fratri iniunximus non dubitamus implenda. Et aliā manu, Deus te incolumē custodiat frater charissime. Data quārto Idus Iunij, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Leo Iuliano Episcopo.

¶ Epistola. XLIII.

**C**hristianissimi principis fidē sæpe euidentissimis probauimus documētis, ac de n̄ro A gratias ago q̄ talē dignatus est rebus humanis cōcedere pro sua pietate rectorē, q̄ si dei causas & reipub. summā vigilantię studio tuere, hæreseorū ausibus semp obstitens, & nihil eorū insaniē aduersum catholicā fidē licere p̄mittens, cuius post dēu b̄ficijs hoc debet, q̄ Hierosolymitanus epūs est receptus, & monachos quos perfidię hæreseos falsitatis inuaserat ad sanitatē augusta autoritas reuocauit. Mox itaq; (vt accepi) eplās tuas talia cōtinētes, nō solū eadē die, sed prope eadē die responsum reddere maturavi, vt certior

m 2

de oībus



## Epistola Leonis pape.

de oibus q̄ scripseras reddideris. Frat̄e Proterisi Alexandrinæ vrbis ep̄m gratulor satisfactiōis  
plenas de fide sua ad nos l̄ras direxisse, & manifeste, quidnā teneat indicasse, cui me dignā gra-  
tiā pro fidei ipsius sinceritate necesse est p̄stare, vt honorē in nullo suæ p̄dat ecclesiæ, sedis sue  
priuilegia paternæ antiquitatis exemplo, iuxta canonū illibata iura possideat, de p̄sentis anni  
pascha, nulla dubitatio eē nobis potuit. Sed de futuro qd̄ sciuius, q̄ Theophylus Alexandri-  
næ vrbis ep̄s nono Calēdag. Maiag. die, qd̄ nunq̄ ita à tpe dñicæ resurrectiōis celebratum est  
credidit ascribendū. Vnde sollicitus cōgruit inq̄ri, vt oīs occasio tollat erroris. Nā in n̄ris an-  
nalibus Calēdag. Maiag. die, aptissime à patribus n̄ris & cōstitutus legit & celebratus. Ac ne  
vel apud nos, vel apud oriētales nascat ex hac parte diuersitas, hoc instātius n̄ro noīe cū chri-  
stianissimo principe agere tua dignet dilectio. Quāuis & ipse clemētissimus princeps se inq̄-  
tione sollicitissima curā hāc Aegyptiis delegasset suis ep̄is dignatus sit indicare. Epistolā sane  
meā ad Calcedonēsem synodū datā p̄sentibus ep̄is & clericis lectā fuisse tuis ep̄is obtulisse. Sed  
vsq̄ ad illud capitulum quo ea q̄ de fide acta sunt, meus videt̄ firmasse cōsensus. Vnde miratus  
sum, q̄ reliqua quæ secuta fuerūt, nō pariter in notitiā eorū qbus sunt lecta, plata sint, cū maxi-  
me oibus innotescere debuisset, improbū à nobis ambitū notatū fuisse, & nouis vsurpationi-  
bus cōstitutā, iuiolata (vt semp̄ scripsimus) seruarent. Et iā presbyter quē asseris fuisse discus-  
sum gratulamur cognitiōe habita in oibus fuisse purgatū. Epistolā q̄q̄ ad christianissimū princi-  
pē noueris me misisse in q̄ illi gr̄as egī, q̄ curā mihi suā tā pro fidei cā q̄ pro securitate reip̄, di-  
gnatus ē indicare. Aliā q̄q̄ ad nos epistolā dedit interueniēs, p̄ Anatholiū ep̄o, vt n̄ri illi ani-  
mi gr̄a p̄beat, qm̄ correctionē eius p̄mittit, & in oibus satisfactus eē qd̄ ad fidei obseruatiā p̄-  
tinent, pollicet. Data quinto Idus Ianuarij, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola beati Leonis papæ ad Anatholiū ep̄m per Patriciū diaconū missa.

¶ Epistola. XLIII.

**L** Ectis dilectiōis tuæ literis quas p̄ filiū nostrū Patriciū diaconū direxisti, intellexi tibi  
studij meæ sollicitudinis displicere, quā secūdū dñicā charitatē, quā tibi à nobis impē-  
di experimētis plurimis approbasti, de cauendis his q̄ cōmunis fidei aduersarij dice-  
rent admonui, ne ad negligentia rectoris referret, si quisq̄ in ecclesia catholica ea p̄di-  
care p̄sumeret quæ hæreticorū sensibus cōuenirēt. Quod utrū veraciter fama iactaret dilectio-  
nis tuæ inquirendū iudicio delegaui. Neq̄ in aliquo honorē tuū læsi, cui discutiēda ea quæ ad  
me erāt plata cōmissi, vt scilicet Atticus p̄b̄ quē talia audere cognouerā, nisi perfecta se satis-  
factione purgasset, & nō solū voce hæreticos, sed etiā propriæ manus subscriptiōe dānasset, à  
coionis gr̄a esset alienus. Qui scripta mittēdo dubiæ fidei & professionis incertā cōfirmavit  
magis q̄ diluit quicqd̄ ad nos de eo fama ptulerat. Cū si cōscientiā suā voluisset probare synce-  
rā, nō Euticen sibi odiosum fuisse, sed q̄ perfidiā ipsius reprobarēt atq̄ dānaret, debuerat con-  
fiteri, q̄ aliud sunt humanæ etiā inter catholicos similitudines, aliud diabolici, q̄s fides catholica  
dānat, errores. Et ideo frater charissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare si p̄phe-  
tæ exēplū sequearis & dicas. Nōne q̄ te oderant dñe oderā illos, & sup̄ inimicos tuos tabesce-  
bāt? Per oīa em̄ volo te esse certissimū, q̄ sicut meā æstimationē illāsam cupio p̄manere, ita op-  
to te quoq̄ in oibus irreprehensibile reperiri. Prædictus aut̄ vt ab omni suspitiōe contraria li-  
ber appareat, qd̄ in Euticen anathematizet ac dānet euidenter ostendat, & in dānationē erro-  
ris expressi, remota omni dubitatione subscribat. Ita vt Calcedonēsis symboli diffinitionem  
deside, cui etiā dilectio tua subscribēdo consensit, & quā apostolicæ sedis firmavit autoritas  
profiteatur se p̄ oīa seruaturū, adiecta subscriptiōe propriæ manus, q̄ in ecclesia christiano po-  
pulo præsentē recitet, vt pro catholica fide, neq̄ nos negligentes, neq̄ ipsa vmbra suspectus  
habeatur. Qui si in eadē prauitate perdurans præceptis salubribus parere noluerit, suā  
synodi Calcedonensis, cuius diffinitionibus resultat, recipiet. Data quintodecimo Calendas  
Aprilis, gloria Maioriano augusto consule.

¶ Leo episcopus Anatholio episcopo.

¶ Epistola. XLV.

**S** I firmo incommutabiliq̄ proposito dilectio tua curam gratie communis habuisset, ni-  
hil profecto quod vllam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non em̄ sinebat ratio, vt  
eius charitatem spernerē quā amore pacis & studio reparandæ catholicæ fidei inter ip-  
sa episcopatus rudimenta iuuissēm, obstant in ecclesiasticis curis talē habere consortē,  
vt mihi de sanctis præcursoribus tuis, nec Iohannis specialē copiosamq̄ doctrinā, nec autori-  
tatē Attici, nec industriā Procli, nec fidē beati Flauiani deesse sentire, & ita studijs tuis vterer,  
vt nullus auderet vel fidei catholicæ resultare, vt Nicænis venerabiliū patrū regulis cōtraire.  
Sed cū in iniuriā canonū (vt agnoscis) illa tentata sunt q̄ oibus ecclesiis scandalum maximum  
generarent, quid aptius ac modestius facerem q̄ vt te primū vt ab hac intentione discederes,  
fraterno animo missis literis admonerem? Ad quas cū non rescriberes, ipse à colloquij mei cō-  
sortio



sortio separasti. Denique inde iam tacui, sed clementissimo principi custodi fidei frequenter literarum petitione suggesti, ut pro pace ecclesiarum quam tibi maxime prodesse cognoscis, hæc quæ nunc à dilectione facta sunt implerent. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum eruditionem spiritus sancti, cuius est virtute plenissimus sacerdotali dignatus studere concordare, sciens sibi orationes supplicatum copiosius profuturas, si famuli vnius domini in nullo sint à vera pacis unitate diuisi. Quod ergo in Constantinopolitana ecclesia quædam in officiis clericorum correctæ significas, ut etenim presbiterum in gratiam tuam affectionemque reuocaueris, & Andream archidiaconi actionem submoueris, nobis placuisse rescribo, quia æstimationem tuam (ut optabam) plurimum erigit atque commendat, & merito post correctionem in obliuione deducit quod reprehensionem obnoxium videbat, cum hæreticorum prouectione & sanctæ memoriæ Flauiani iniuria grauaueris quæ nunc simul ab omni offensione cum tui, ut volui, laude cessarunt, quæ in ordinem suum quæ fuerat turbata redierunt. Andream sane quæ rationabiliter archidiaconi est priuatus officio, & Eufratem quæ sanctæ memoriæ Flauiani, ut cõperi, im probus extitit accusator, si professionibus plenissime scriptis, non minus Euticianam hæresim quam Nestorianum execrabile dogma condemnant, quam venia est prestanda correctis, presbiteros consecrabis, ut sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse, electo primitus & probato quæ archidiaconi officium possit implere, id est quæ nulla vniuersi preditionis impietatum fama respersit. Ceteri vero quos par reatus inuoluerat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformantur. His tantum ad officiorum primatum admissis quos ab omni errore liberos fuisse cõfiterit. Illam autem culpam quam de augenda potestate aliena (ut asseris) adhortatione contraxeras efficacius atque syncerius tua charitas diluisset, si quod tibi sine tua voluntate non potuit, non ad sua clericorum consilia transulisses. Quia sic ut in mala suasionem delinquit, ita & in mala cõsensione peccatur. Sed gratum mihi frater charissime est, quod dilectio tua proficere sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiam communis regressum professio dilectionis tue, & attestatio principis christiani, ne cui detur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abijcias penitus in cõcessu iuris quod disensionem fecerat appetitus. Sufficiant limites quos sanctorum patrum prouidentissima decreta posuerunt, ut quieta sit suis meritis & antiquis privilegiis dignitas omnium sacerdotum renouetur, & maneat in te dominicæ charitatis affectio, ad quam dilectionem tuam sepius cohortatus sum cum fratre & coepiscopo nostro Iuliano, quæ cõmunem gratiam semper optauit, cuius industria & sollicitudines tuæ releuabunt, & fides catholica muniet. Super omnia autem fraterna charitate hortor & monco, ut ea quæ ad gloriam vel ad munimen pertinent sacerdotalis officij Nicænorum canonum vniuersalis ecclesiæ pacem seruantia decreta custodias. Sic enim inter domini sacerdotes inuiolata charitas permanebit, si paribus studiis quæ sunt à sanctis patribus constituta, seruentur. Data quarto Calendas Iunii, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola beati Leonis papæ ad Iuuenalem Hierosolymitanum & cæteros episcopos qui in sancta synodo Calcedonenſi congregati fuerunt, directæ.

¶ Epistola. XLVI.

**O**Mnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo definitionem sanctæ synodi, quæ ob confirmationem fidei in Calcedonenſi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse cõplexum. Quia nulla sinebat ratio, ut qui unitatem catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam non exultarem in integrum rediisse gaudere. Hoc autem non solum ab ipso beatissimæ cõsensionis effectu, sed etiam ex epistolis meis quas post reditum meorum ad Constantinopolitanam urbem antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responſionem sedis apostolicæ manifestare voluisset. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrum quæ in synodo Calcedonenſi per unitatem vestram de fide statuta sunt, approbent. Hoc ad omnes fratres & coepiscopos nostros quæ predicto cõcilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus princeps (sicut poposci) in notitiâ vestram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur, ut & fraterna vniuersitas, & omnium fidelium corda cognoscant me non solum per fratres qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodaliū propriam vobiscum iniisse sententiam in sola videlicet fidei causa quod sæpe dicendum est, propter quod generale conciliū & ex precepto christianorum principum, & ex consensu apostolicæ sedis placuit cõgregari, dānatis hæreticis quæ si cõgrui esse voluissent, nulla penitus resideret de vera domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde si quis vnquam ausus fuerit vel Nestoriani perfidiā tueri, vel Euticetis ac Dioscori impiū dogma defendere, & à catholicorum cõione rescindere, nec habeat eius corporis participationem, cuius abnegat veritatem. De custodiendis quoque sanctorum patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis obseruantiam vestre sanctitatis ammoneo, ut iura ecclesiæ sicut ab illis. CCCXVIII. presbiteribus diuinitus inspirata sunt, ordinata permaneat. Nihil alienum improbus ambitus cõcupiscat, nec per alterius immutationem suam aliquis querat augmentum. Quantūlibet enim exortis assentionibus se instruat vanitatis elatio, & appetitus suos conciliorum æstimet nomine roborados, infirmum atque ir-



## Epistole Leonis pape.

ritum erit quicquid à p̄dictorū patrū canonibus discreparit, quorū regulis apostolica sedes q̄-  
reuerenter utitur scriptorū meorū, q̄bus Cōstantinopolitani antistitis conatus repulsi pote-  
rit sanctitas v̄ra lectiōe cognoscere, me auxiliante dño n̄ro, & catholica fidei & paternarum  
traditionū esse custodē. Data duodecimo Calēdas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola beati Leonis pape ad Iuvenalem Hierosolymitanū episcopum.

¶ Epistola. XLVII.

B

**A** Cceptis dilectionis tuæ literis quas ad me filij nostri Andreas p̄b̄, & Petrus diacono  
detulerūt, gaudis quidē sum, q̄ ad ep̄atus tui sedē redire licuisset, sed cōsuetudinibus  
in recordationē oībus q̄ te per quosdā excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatū  
tuarū temetipsum tibi fuisse materiā, & resistendi hæreticis cōstantiā perdidisse, qui  
æstimant non eē tibi liber: vt eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore pla-  
cuisset. Beatæ enī memoriæ Flauiani cōdēnatio & impijssimi Euticetis receptio, qd nisi domi-  
ni nostri Iesu Christi secundū carnē negatio fuit: quā ipse grādi misericordia sua fecit resoluī  
cū detestandū illud Ephesinū synodi iudiciū ita sancta Calcedonēsis synodi autoritate destit-  
xit, vt nullū deprauatorū à remedio correctionis arceret. Vnde q̄ in tpe indulgentiæ respic-  
centiā magis q̄ pertinaciā delegisti, ita gaudeo te cōlestē expetisse medicinā, vt fidei ab hære-  
ticis impugnatae tandē possis eē defensor. Quāuis enī nulli sacerdotū liceat nescire qd p̄dicat.  
Quoniam qui ignorat ignorabit, inexcusabilior tñ est oībus imperitis quilibet Hierosolymis  
habitās christianus, qui ad cognoscendā virtutē euangelij non solū paginā eloquijs, sed ip-  
sorū locorū testimonijs eruditur, & quod aībi nō licet non credi, ibi nō potest nō videri. Quid  
laborat intellectus, vbi est magister aspectus. Et cur lecta vel audita sunt dubia, vbi se vel vi-  
sui & tactui tot hūanæ salutis ingerunt sacramēta. Quasi ad singulos quosq; cunctantes dñs  
adhuc voce corporea vtatur & dicat, Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendūt i cor-  
da vestra. Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & videre, quia spūs  
ossis & carnē non habet sicut me videtis habere. Vtere ergo frater charissime inuictissimis ca-  
tholicę fidei documētis, & euangelistarū p̄dicationē sanctiorū locorū, in q̄bus degis testifi-  
catione defende. Apud te est Bethleem in qua salutaris Dauidicę virginis partus illuxit, quem  
obuolutū pannis inter angustias diuersorū presepe suscepit. Apud te est declarata ab angelis,  
adorata à magis, & per multorū infantū mortes ab Herode q̄sita saluatoris infantia. Apud te  
est vbi pueritia eius adoleuit, vbi adolescentia maturauit, & p̄ oīa incrementa corporea in virū  
perfectū verū hoīs natura proficit, nō sine cibo eruditionis, nō sine somno quietis, nō sine fle-  
tu miserationis, nec sine pauore formidinis. Vnus enī atq; idē est qui & in dei forma operatus  
est miracula magna virtutis, & in forma serui subiit sēuitiā passionis. Hoc tibi ipsa crux inde-  
finēter loquit, hoc lapis clamat sepulchri, in quo dñs humana conditione iacuit, & de quo di-  
uina potētia resurrexit, & cū ad montem Oliueti locū ascensionis veneraturus accedis, nō illa  
vox angelica in tuo resultat auditu. Qua eleuatione dñi stupētibz dī. Viri Galilæi qd statis  
aspiciētes in cōclū, hic Iesus q̄ assumptus est à vobis, sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in  
cōclū. Verā igitur Christi generationē crux vera confirmat, qm̄ ipse in nostra carne nascitur  
q̄ in nostra crucifigitur, quē nullo interueniēte peccato, nisi fuisset nostri generis, nō potuisset  
eē mortalis. Vt autē repararet oīm vitā, recepit omniū causam, & vim veteris chirographi,  
quod solus inter oēs non debuit, pro oībus soluēdo vacauit, vt sicut per vnus reatū oēs facti  
fuerant peccatores, ita p̄ vnus innocentiam oēs fierent innocētes. Inde in homines manante  
iustitia vbi est humana suscepta natura. Nulla enī ratione extra nostri est corporis veritatem,  
de quo euangelista p̄dicationē inchoans dicit. Liber gñationis Iesu Christi filij Dauid filij A-  
brahā. Et q̄ Samaritanæ mulieri protestat, qm̄ salus ex Iudæis est, beati Pauli apostoli confo-  
nāte doctrina cū dicit. Quorū patres & ex q̄bus Chr̄s secundū carnē, q̄ est super oīa deus be-  
nedictus in secula. Itēq; ad Thimoteū. Memēto, inq̄t, Iesum Christū resurrexisse à mortuis ex  
semine Dauid secundum carnē. Hæc autē charitas quantis & noui & veteris testamēt authorita-  
tibus declaratur, pro antiquitate sacerdotij tui euidenter agnoscis, cum fides patrum & scri-  
pta mea ad sanctæ memorię Flauianum data, quorū mentionem ipse fecisti, adiecta vniuer-  
salis synodi confirmatione sufficiant. Vnde prospicere oportet dilectionē tuā ne contra re-  
dēptionis ac spei nostrę ineffabile sacramētū vllus obmurmuret. Sed si q̄ sunt q̄ adhuc aut  
ignorātia caligāt, aut pueritate discordāt, eorū quorū in ecclesia dei ap̄lica fuit & est clara do-  
ctrina autoritatibus instrui n̄r. & de incarnatiōe verbi dei hæc nos credere qd illi credidere co-  
gnoscat, neq; se extra corpus Ch̄i in q̄ cōmortui & cōresuscitati sumus sua obduratiōe cōsti-  
tuant, q̄a nec pietas fidei, nec ratio recipit sacri, vt aut in sua essentia passibilis fuerit deitas, aut  
in n̄ræ naturę susceptiōe mētita sit veritas. Particulā dñicę crucis cū eulogijs dilectōis v̄ræ ve-  
neranter accepi. Data pridie Nonas Septēbris, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

Epistola



¶ Epistola Rauennij aliorumque episcoporum Galloꝝ ad Leonem papam, fidei eius, quā ad orientē direxit laudes dicentium.

¶ Epistola. XLVIII.

¶ Domino vere sancto, merito in Christo beatissimo & apostolico honore venerando papæ Leonī, Rauennius, Rusticus, Venerius, Constantinus, Maximus, Armatus, Florus, Gauinus, Valerianus, Constantius, Nestorius, Maximus, Asclepius. Item Maximus, Vrsus, Ingenulus, Iustus, Valerius, Superuentus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydacius, Etherius, Glalius, Euticius, Fraternus, Venturus, Eugenius, Hilarius, Verus, Amandus, Gerontius, Proculianus, Iulianus, Helladius, Ametrarius, Honoratus, Hepartius, Amenius, Dinatius, Maximus, & Hernantius, Palladius.

**P**erlata ad nos eplā beatitudinis vꝛæ quā ad orientē pro catholice fidei assertiōe missis, optasemus, & statim apostolatu vꝛo pro tā immenso munere grāz actionē referre, nisi nobis difficultatē qua in vnū celeriter nō potuimus cōuenire, vel spacia quibus ā nobis disparati sumus longa terraz nostraz, q̄ in regionibus nꝛis, preter cōsuetudinē fuit intēperies, attulisset. Det ergo aplatus vester nꝛæ veniā tarditati, q̄ nō ocio aut dissimulatiōe, sed de certa necessitate descendit, quæ q̄ ā nobis etſi celeritatis grām abstulit, exultandi tñ materiā auferre nō potuit. Exultamus itaq; christiano populo lectis beatitudinis vestræ literis, & oīm instructiōe patefacta, oēs intra Gallias cōstitutos exultare mox fecim⁹, doctes pariter pro his nobiscū q̄ catholicæ fidei lumine derelicto, errorz tenebras inciderunt. Quæ apostolatus vestri scripta, ita vt symbolū fidei quisq; redēptionis sacra nō negligit tabulis cordis ascripſit, & tenaci quo ad cōfundendos hæreticorū errores paratior sit memoriæ cōmendauit. Multi itaq; in ea pariter gaudentes exultantes recognouerunt fidei suæ sensum, & ita se semp ex traditione paterna tenuisse, vt vester aplatus exposuit iure lætant. Nōnulli sollicitiores facti, beatitudinis vestræ admonitiōe pcepta, modis oibus se gratulatur instructos, datamq; sibi occasiōē gaudēt, qua libere ac fiducialiter, suffragāte etiā apostolicæ sedis auctoritate eloquant & asserit vnusquisq; quod credit. Quis autē apostolatu vestro pro hoc tāto munere quod nō solū Gallias, sed totū mundū velut quibusdā pꝛiosissimis gemis ornauit, dignas æstimet grās posse persoluī doctrinæ post deū vestræ debet fidelis, vt cōstanter teneat quod credebat, debet etiā infidelis, vt ā pꝛidia sua agnita veritate discedat, & apostolicæ institutiōis luce pꝛius erroris sui tenebras derelinquat, magisq; sequat & credat quod p os vestrū dñs noster Iesus Chrūs de sacramēto incarnatiōis suæ docet, q̄ id teneat qd diabolus hūanæ salutis & veritatis inimicus stillat. Optasemus etiā ad filiū vestrū gloriosissimū ac fidelissimū principē sup eandē causam literas dare quibus congratulātes fidei ipsius, humilitatis q̄q; nꝛæ sollicitudinē qua vos in Christo sequimur proderemus, nisi ad nos de orientibus nuntio plato fieri hoc minime necessariū putaremus. Meritis autē apostolatus vestri pius dñs pꝛstitit, vt hæc res iam diu occulte nutritā vestris rēporibus proderet. Ad laudē em sollicitudinis vꝛæ pꝛtinet, q̄ malorū error latere non potuit ad gloriosæ fidei reddidat, quod praua pꝛuasio participes, aut non inuenit, aut inuētos amisit. Respiciat itaq; conseruando apostolatu vestrū misericors dñs ecclesiā suā toto orbe diffusam. Vobis em ita inuigilātibz, & hi q̄ curā animæ suæ gerunt sollicitiores in fide reddunt, & hi q̄ paulo desides sunt, tanto ad sollicitudinē accēduntur exēplo. Quod nos ante oculos semp habētes, non desinemus deo ac dño nostro gratias agere, & pariter sup plicare gratulātes, q̄ tāte sanctitatis, tāte fidei, tāteq; doctrinæ, apostolicæ sedis, vnde religio nis nostrę propicio Christo fons & origo manauit antistitē dederit, petētes etiā vt datū concessumq; munus pontificij vestri longissima ad ædificationem ecclesiæ suæ ætate custodiatur. Nos autē & si impares meritis, pari tā fidei, si qd (quod absit) contra ecclesiā catholicā prophana infestatione tēretur, parati sumus confortāte dño cum beatitudine vestrā pro veritate fidei animas nostras ponere, & vitā hāc auctori salutis nostræ, & largitori æternitatis impendere. Et alia manu. Ora pro me dñe beatissime merito & apostolico honore venerande papa Rusticus episcopus, apostolatu tuum in dño venerāde saluto, & vt digneris pro me orare sup plex rogo. Venerius. Te dñm in Christo meum reuerendissime saluto, & vt digneris p me orare supplex rogo, Constantinus episcopus, beatitudinē vestrā saluto, Simiter & oēs episcopi suprascripti salutauerunt.

¶ Item ad omnes episcopos Galliarum de damnatione hæreticorum.

¶ Epistola. XLIX.

¶ Leo Rauēnio, Rustico, Venerio, Cōstātino, Maxio, Armētario, Floro, Samio, Valeriano, Cōstātino, Nectario, Maxio, Asclipio maxio, Vrsio, Ingenulo, Iusto, Valeriano, Superueto, Crisaphio, Fōreio, Petronio, Hydacio, Etherio, Eulalio, Euticeo, Fraterno, Vēturo, Eugenio, Hilario, Vero, Amādo, Gerōtio, Proculiano, Iuliano, Helladio, Armētario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dinātio, Maximinio, Hirnātio, & Palladio epis p. Gallias constitutis



## Epistole Leonis pape.

**B** Prassemus quidē fraternitatis vřæ lřas eo tpe quo pmisseratis accipere, vt pfecturis ad orientē fratribus nřis, qđ ad sanctā synodū vice nřa pro catholice fidei defensione direximus, etiā vestřa snřa pfectio iungeret. Sed cū multa obstacula inopinatā nobis intulerint tarditatē, quālibet seras & diu expectatas epistolas p fratřē & coepm nostrū Ingenulum grātanter accepimus, easq; cum gaudio recētes probauimus sicut confidebamus eruditione spiritus sancti cōlestē in vobis vigere doctrinā, quā in orientalibus ecclesiis versutia hostis antiqui, p eos qđ sequaces suos reperit falsitas fatigare conata est, cū catholica fides q̄ nulla sui est parte mutabilis, p ipsas aduersantiū exercitationes & validior efficiat semp & clarior, operāte hęc gratia dei, vt si qui forte ad hęc subtilia inimici iacula declināda min⁹ erāt instructi minusq; solliciti pceptis veritatis armis fierent cōtra impiorū mendacia fortiores. Qđ ergo sicut causa poscebat fiduciā nostrā quā de vobis habemus in dño fideliter atq; obediēter auxillis multa exultatione gaudemus & merito nos cognoscimus fratres & coepis nřis orientalibus intimasse, qđ secundū euāgelicā & apostolicā traditionē de incarnatione dñi nostri Iesu Christi vna esset oīm nostrū & indiscreta cōfessio, neq; vllis eorū disputationibus detineri, vt aliter aliquid de summi & salutaris sacramenti veritate sapiamus, & ex pđicatione sanctorū patrū, & ex autoritate incommutabilis symboli didicimus & docem⁹ dñatis ab vniuersali ecclesia, & nūc Eutice & antea Nestorio, qđ si quis nō ferendis impietatibus inherere delegerit ipse se a corpore christiane vnitatis abscedit. Nō em̄ vltra iā cuiquā exultationis refugiu de ignorantia & insciētia, vř de intelligentie difficultate concedit, cū hoc ipso sexcentorū fere fratřū coeporūq; nostrorū synodus cōgregata nullā artē ratiocinandi, nullum eloquiū differendi contra fundamētū fidei inspirare pmiserit, qm̄ admittentibus per auxiliū gratiæ dei fratribus vicariis nostris, qđ plenissima extitit in oīm actione deuotio, nō solū sacerdotibus Christi, sed etiā principibus & potestatibus christianis, cunctisq; clericis, plebibus, ordinibus plene atq; euidenter apparuit, hanc esse vere apostolicā fidem ex diuinæ pietatis fonte manantē, quā syncerā & ab oīm fece totius erroris alienā (sicut accepimus) pđicamus, & vniuerso iā mundo cōsentiente defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus q̄ vř pcedens hæreticus ausus est inferre vel subsequēs, dissimili quidē cōmento, sed impietate cōpari. Nā sicut Nestorius nō est toleratus, affirmās beatā Mariā hominis tm̄modo fuisse genitricē qui postmodū sit a verbo deitatis susceptus, duabus scilicet naturis ex psonis distinctis, vt neq; ipse esset filius hominis qui filius dei, nec vnus Christus in vtraq; natura, sed alter sempiternus ex patre, alter tēporalis ex matre, cū euāgelica autoritas ita verbū pđicat carnē factū, vt nō duos Christos nec duos filios, sed in vno dño Iesu Christo & dei & hominis nobis insinuet veritatem, vt vtriusq; substantiæ, i. saluantis atq; saluate, nec pprietas possit cōfundi, nec psona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutices dñatū olim seclatus errorē, alia pphanitate blasphemās a catholice soliditatis cōpage rescatus ē, quia idocis q̄busdā nimisq; simplicibus psuadere tētauit, qđ verbum dei ita caro sit factum, vt verā carnem de ventre virginis nō sumpserit, nec nostri illum gñis corpus habuisse, sed diuinitatis etiā & carnis vna esset natura, vt vnum dñm nostrū Iesum & falsum hominē & deum diceret esse passibilē. Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramēti, vt aut in sua natura passibilis fuerit deitas, aut in susceptione humana mentita sit veritas. Quæ diabolicorum sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc synodus humilitatis nostræ scriptis autoritate dñi mei beatissimi Petri apostoli, & merito roboratis religiosa vnanimitate consentiēs abominando ab ecclesia dei amputauit. Dioscorū qđ Alexandrinū in sua impietate manētē, ne illa ecclesia quæ inter ipsa euangelij principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulū in oībus vtiq; doctrinis sui doctoris magisterio consonatē habuit fundatorem, quæq; postea recentioribus a nostra ætate temporibus Athanasium Teophilū, & proxime Cirillum probatissimos præsules habuit indignam captiuitatē sub hæretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnam misericordiam dei vniuersos diaboli conatus, quibus ecclesiam domini conturbare molitus est, noueritis esse destructos. Reddite igitur deo gratias fratres charissimi dignam gratiarum actionē, & oret nobiscum vestra dilectio, vt fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes q̄ primum rediisse letemur, & de omnibus quæ domino adiuuante sunt gesta plenius vos possemus instruere. Nā fratrem Ingenulum nolumus hac expectatione tardari, cū ob hoc ipsum properatius remeare debuerit, nec diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum, quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos peruenire, vt quod deus operatus est, nulli esse possit incognitum. Data Calendis Februarij Herculano viro clarissimo consule.

Ad Mar-



¶ Ad Martianū Augustum de pascha.

¶ Epistola. L.

**T**Am multis documētis p̄ oēs Chrī ecclesias fides v̄r̄ pietatis innotuit, vt si qd solici tudinū pro cōi religione generat, merito vestrū gr̄at auxiliū. Et q̄a memor dispen sationis, mihi credite, necesse habeo curas meas, etiā in ea q̄ sunt futura, p̄mittere, nō improbe cupio clemētię v̄r̄ studijs adiuuari, vt in ea obseruatiā q̄ certa semp̄ ra tione variat, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festū q̄ sacri saluti hūanę maxie con tineat, quis in primo semp̄ mēse celebrādū sit, ita tñ est lunaris cursus cōditiōe mutabile, vt ple rūq; sacratissimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerūq; qd nō licet, vt nō simul oīs ecclesia, q̄ nō nisi vnū esse oportet, obseruet. Studuere q; sancti patres occasionē huius erroris auferre, omnē hanc curā Alexandrino ep̄o delegātes, qm̄ apud Aegyptios huius supputatio nis antiquitas tradita esse videbat peritia, p̄ quā qui annis singulis dies p̄dictę solēnitatis eue niret, sed i apostolicę indicaret, huius scripti ad lōginquiores ecclesias iudiciū gñaliter pcurri. Sed sanctę memorię Theophilus Alexandrinę ecclesię vrbis ep̄s cū huius obseruatōis annos centū nūero collegisset, septuagesimosexto paschale festū longe aliter q̄ alię decreuerāt tenen dū esse cōstituit, ā primo augustę memorię Theodosii senioris cōsultu, succedētes sibi sacrę obseruatię ordines ponēs, vt lōgioris t̄pis ratio eius literis teneret ascripta, cuius cōplexionis septuagesimus & q̄rtus est annus. In q̄ pridie Idus Aprilis sanctū pascha celebrauimus, sequēti vero anno pridie Nonas Aprilis eadē propitio deo erit hñda festiuitas, sicut regulariter cēte narię annoz rōnis ordo declarat. Sed in anno q̄ erit septuagesimusextus paschę dies inueniet ascriptus, quē ā passiōe dñi nullius exēpli, nullius cōstitutiōis admittit autoritas. Nā diē octa uū Calendę Maię ab eo cognoscimus p̄finitū, q̄ anni limitē antiquitus cōstitutū excedit, cū aliq̄ quododecimo Calēdag; Maię huic festiuitati deputauerint diē. Siquidē ab vndecimo Calēdag; Aprilis vsq; in decimo Calēdag; Maię legitimū spaciū sit p̄finitū. Intra qd omniū varietatū necessitas cōcludat, vt pascha dominicū, nec prius possimus habere nec tardius. Qd̄ etiā in decimū & in nonū Calēdag; Maię videt nōnunq; puenisse festiuitas, quadā rōne de fendit, Quia etsi dies resurrexiōis vltra terminū videt exisse, dies tñ passionis limitē positum nō inueniet egressus. Ad octauū autē Calendę Maię paschalē obseruantiā pducere nimis insolēs & aperta trāsgressio est. Quia ergo in illa, vt dixi, cētenaria supputatiōe Theophili se ptuagesimusextus annus diē paschę cōtra morē ecclesiasticū statuisse mōstrat, & non leuiter delinquit si in principio sacramēti veritas & vnitas ab vniuersali ecclesia nō teneat. Obsecro ele mentiā vestrā, vt studiū vestrū p̄stare dignemini, q̄tenus Aegyptij, vel si q̄ sunt aliq̄ certam huius supputationis vident habere notitiā, scrupulū huius sollicitudinis absoluāt, vt eū diē ge neralis obseruantia dirigat, qui nec paternaz constitutionū normā relinquat, nec vltra prę fixos terminos euaget. Quicqd̄ autē pietas vestrā de hac cōsultatione cognouerit, ad meam ius beat mox notitiā peruenire, vt in diuinis mysterijs nulla dissonantię culpa nascat. Data sex todecimo Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Leo Eudochię Augustę de pascha.

¶ Epistola. LI.

**S**anctę memorię Theophilus ad Augustū Theodosiū seniorē scribēs, per centū an nos ā primo p̄dicti principis cōsultu digessit ordinē festi. Cuius instructionis septua gesimusquartus nunc annus euoluit Opilione cōsule pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solennitas, vnde sequenti anno pridie Nonas Aprilis eadē festiuitas rationabili ter consequitur. Sed annus q̄ erat septuagesimusextus memoratū episcopi annotationē habe re cognoscitur, quę ā totius antiquitatis exēplo, & ab omni autoritate patrū discordat. Siqui dē in octauū Calendę Maię dominicū pascha transfulerit, pręfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedēs, cum diē quododecimo Calendę Maię paschalem solennitatem (sicut constituere aliq̄) potuerit annotare. Vnde q̄a non mediocris mihi sollicitudo generatur, ne apud Aegyptios hęc persuasio probaret, ad christianissimū & clementissimū principē scri pta direximus, quibus causam scrupuli diligēter exposui, & suppliciter postulauī, vt operam suā, quē admodū cōsuevit religionis cultui dignāter impēdat, vt eos q̄ huius supputatiōis p̄fe ctiā vident habere notitiā, in vnū iubeat conuenire, & diligēter inquirere, ne forte hęc diffini tio teneat, & hic excessus qui prioribus videt repugnare tēporibus nostrę cōniuentię vel ne gligentię deputeat, & fiat in nostris diebus, quod nunq̄ ante pręsumptū est. Quia vero oportet fraternitatē tuā curę istius mecū esse participē, & ne quid tale accadat pręcauere, crebrius religiosissimo & fidelissimo principi dignare suggerere vt indissimulāter iubeat Aegyptios admonere, ne in summe festiuitatis diē, aut dissensionē aliqua, aut trāsgressiōe peccet. Quicqd̄ autē de hac re diligētius inuestigare sollicitudo vestrā potuerit, cito ad notitiā meam glo riosissimus imperator iubeat peruenire, quia & ad ipsius, & ad omnium salutem pertinet, vt dei cultus nullo errore lædatur. Data sextodecimo Calendas Iulij, Opilione clarissimo cōsule.

Ep̄la



# Epistole Leonis pape.

¶ Epistola. LII.

¶ Leo episcopus, Leoni Augusto.

**C** M Vltio gaudio mens mea exultat in dño, & magna est mihi ratio gloriandi, cum clemētiā vřā excellentissimā fide augeri p omia donis gratiā cōlestis agnosco & per incrementa diligentīe deuotionē in vobis animi sacerdotalis experior. Nā in vestrā pietatis alloquijs nō dubie pater, q p vos in totius ecclesie salutē spūs sanctus operetur, & quātum vniuersorū fideliū p̄cibus sit optandū, vt in oēm gloriā vestrū extendat imperiū, qui supra curā rez tēporaliū religiosā puidentiā famulatū diuinis & æternis dispositōibus pseuerāter impenditis, vt scilicet catholica fides, q humanū genus sola viuificat, sola sanctificat, in vna cōfessione pmaneat, & dissensiones q de terrenarū opinionū varietate nascunt, a soliditate illius petræ supra quā ciuitas dei ædificat, abigat. Hæc autē dei munera ita diuinitus demū nobis cōferent, si de his q præstita sunt nō inueniamur ingrati, & tanquā nulla sint q adepti sumus cōtraria potius expectemus. Nā q patefacta sunt q̄rere, q pfecta sunt retractare, & q sunt diffinita cōuellere, qd aliud est q de adeptis gratiā nō referre, & ad interdīctū arboris cibū ip̄obos appetitus mortiferę cupiditatis extendere. Vñ q̄ ad pacē vniuersalis ecclesie, & ad custodiā catholicę fidei cura dignamini sollicitiore respicere, euidenter agnoscitis q̄ magis hæreticorū firmatū ē, hoc etiā ap̄ Nicēā mysticus ille pat̄ nūerus definiuit, ne catholicorū cōfessio, aut vnigenitū dei filiū in aliq̄ crede ret patri ip̄are, aut eundē cū factus est filius hoīs nō verā carnis nrę atq; anīe habuisse naturā. De restādū ergo nobis est pseuerāterq; vitādū, qd fraus hæretica nitit̄ obtinere, nec in ali quā disceptatōe pie & plene definita reuocāda sunt, ne ad arbitriū dānatorū ip̄i de his vide amur ambigere, q manifestū est p oīa, pphetis & euāgelicis & ap̄licis autoritatibus cōsonare. Vñ si q sunt qui ab his q celitus sunt cōstituta dissentiūt, suis opinionibus relinquunt, & ab vnitatē ecclesie cū ea quā elegere pueritate discedāt. Nā nullomō fieri p̄t, vt q diuinis audēt cōtradicare sacramētis, aliqua nobis cōiōne socient. Iactēt se in sui eloquiū vanitate, & de argumētationū suarū versutia q̄ inimica est fidei gloriē, nobis placet ap̄licis obediēre pceptis, dicētibz. Videte ne quis vos decipiat p philosophiā & inanē seductionē hoīm. Nā scdm eundē apostolū si q destruxi hæc ædifico, p̄uaricator me cōstituo, & eis me vltiō nū cōditōibus subdo, q̄s nō solū autoritas beatę memorię principis Martiani, sed etiā ego mea cōfensioe firmaui. Quia sicut sanctę veraciterq; dixistis pfectio incrementū, & adiectiōne plenitudo nō recipit. Vñ cū sciā te venerabilis princeps syncerissimo veritatis lumī ne imbutū in nulla fidei parte nutare, sed sc̄to pfecto iudicio a prauis recta discernere, & a refutādis amplectēda diuidere, obsecro tene hūilitatē meā de diffidētia putes eē culpandā cū hæc mea cautio nō solū vniuersali ecclesie cōsulat, sed etiā tux glorię famuleē, ne sub imperij tui tpe, & hæreticorum aucta videatur improbitas, & catholicorū pturbata securitas. Quāuis ergo multū p omia de pietatis vestrę corde cōfidā, & pinhabitantē in vobis spm̄ dei satis vos instructū esse p̄spiciā, ne fidei vestrę vllus possit error illudere, p̄ceptioni tamen vestrę in eo adnitar obedire. vt aliq̄s de fratribz meis dirigam, qui apud vos p̄sentie meę instar exhibeāt, & q sit apostolicę fidei regula licet (vt dixi) vobis bñ sit nota demōstrent, patefaciētes in omibz & probātes nō esse omnino inter catholicos cōputādos, qui definitionē venerabilis synodi Nicēnē, vel sancti Calcedonēsis cōcilij regulas nō sequunt, cū vtrorūq; sancta decreta ex euāgelico & apostolico sit manifestū fonte prodire, & quicquid nō est de irrigatione Christi, poculi esse viperei. Prænoscat igit pietas vřa venerabilis imperator hos, q̄s spondeo dirigēdos nō ad cōfligendū cū hostibus fidei, nec ad certandū cōtra illos a sede apostolica p̄fecturos, quia de rebus & apud Nicēā & apud Calcedonam (sicut deo placuit) definitis, nullū audemus inire tractatū, tanquā dubia vel infirma sint q̄ tanta p spiritū sanctū fixit autoritas. Instructioni autē paruulorū nostrorū qui post lactis alimonia cibo desiderāt solidiore satiari, ministerij nostri p̄sidiū nō negamus. Et sicut simpli ciores nō spernimus, ita a rebellibus hæreticis abstinemus, memores p̄cepti dñici dicētis. Nolite dare sanctū canibus, neq; miseritis margaritas vřas añ porcos. Nimis quippe indignū, nimis iniustū est eos ad libertatē disceptationis admitti, q̄s significat spūs sanctus per prophetā dicens. Filij alieni mētiti sunt mihi. Qui etiā si euāgelio nō resisterēt de illis tamē se esse monstrarent, de quibus scriptum est. Deum se profitentur scire, factis autem negant. Clamante adhuc iusti Abel sanguine aduersum impiū Chain, qui increpatus a dño



domino non requirit ad poenitendum, sed exarsit ad cædē, cuius vindictam sic domini iudicio volumus reservari, ut improbus, & parricida crudelis in seipsum recidat, & nostra non teneat, neq; sanctæ ecclesiæ Alexandrinę lamentabilē captiuitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestre iustitięq; p̄sidio suam restitui libertatē, & per omnes Aegypti vrbes dignitas patrū & ius sacerdotale reparat. Data vndecimo Calendas Aprilis, Calipio, Maioriano Augusto consulis.

¶ Incipiunt Capitula.

¶ De blasphemijs Nestorij & Euticetis, eorūq; digno anathemate.

Cap. primum

¶ Qd̄ in vna dñi Iesu p̄sona gemina sit deitatis & hūanitatē asserēda natura.

Cap. secundū

¶ De capitulis fidei & sanctorum patrum libris collectis.

Cap. tertium

¶ Leo Episcopus, Leoni Augusto. ¶ Epistola. LIII.

¶ Capitulum primum.

**P** Romississe me memini venerabilis imperator in causa fidelē de qua clemētiā tuā nō ui pie esse sollicitam pleniorē humilitatis meæ dirigendum esse sermonē, quem nunc auxiliante dño fidei occasione perfoluo, ut sancto pietatis tue studio, utilis (quantum arbitror) deesse non possit instructio. Quamuis enī sciam clementiam tuam humanis institutionibus non egere, & syncerissimam de abundantia spūs sancti hausisse doctrinā, officij tamen mei est & patefacere quod intelligis, & prædicare quod credis, ut ignis ille quē dominus veniens misit in terram motu crebræ meditationis agitatus sic concalescat ut ferueat, & sic inflāmetur ut luceat. Magnas enī caligines Euticianæ hæresis orientis partibus inferre molita est, & ab illa luce quę (sicut euangelium loquitur) lucet in tenebris, & tenebræ eam nō comprehenderūt, imperitorum oculos tentauit auertere. Cumq; ipsa in suam reciderit cecitatē, nunc in discipulis recrudescit quod in actore defecit. Non longo nāq; tēporis intervallo catholica fides, quæ est singularis & vera, cui nihil addi nec minui potest, à duobus est hostibus appetita, quos prior Nestorius, Eutices secundus emerfit, q̄ ecclesiæ dei duas hæreses sibi met cōtrarias inferre voluerunt, ut vterq; à p̄dicatoribus veritatis merito damnaret, q̄ infanū nimis & sacrilegiū fuit quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizet ergo Nestorius q̄ beatā virginē Mariā non dei, sed hoīs tantūmodo credidit genitricē esse, ut aliā p̄sonā carnis, aliā faceret deitatis, nec vnū Christū in verbo dei & carne sentiret, sed separatim atq; seiunctim alterū filiū dei, alterū hominis p̄dicaret, cū manente illa incommutabilis verbi essentia quæ ei cū patre & spū sancto in temporalis atq; cōternæ est, ita intra virginea viscera verbū caro fit factū, ut p̄ id quod ineffabile est sacramentū vno cōceptu, vnoq; partu secundū veritatē vtriusq; nature ea virgo & ancilla dñi esset & mater. Qd̄ etiā Elisabet (sicut Lucas euāgē declarat) intellexit & dixit. Vñ hoc mihi, ut veniat m̄ dñi mei ad me. Eutices q̄q; eodē percellat anathemate, q̄ p̄ impios veterē hæreticorū volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanę carnis atq; anime veritate totum dñm nostrum Iesum Christum vnus asserat eē nature, tanq̄ verbi deitas ipsa se in carnē conuerterit, & concipi ac nasci, nutrirī & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cœlū, & in patris dextera, vnde ad iudicādos viuos & mortuos veniet cōsidere, diuinę tantū essentię fuerit, quę nihil horū in se sine carnis recipit veritate, qm̄ natura vnigeniti natura est patris, natura est spūs sancti. Simulq; impassibilis, simul est incommutabilis sempiternę trinitatis indiuisa vnitas & cōsubstantialis æqualitas. Vnde si Apollinaris pueritate Euticianus quisq; desciscit ne cōuincaat deitatem passibilē sentire atq; mortale, & tñ verbi incarnati. i. verbi & carnis vnā audet pronūtiare naturā, manifeste in Valēti & Manichęi transit infantiā, & mediatorē dei & hoīm, hominē Iesum Christū simulatorie credit oīa egisse, nec humanū in ipso corpus, sed phātasmatīcā corporis speciē oculis apparuisse cernentiū. Quę impietatis mēdacia, qm̄ olim fides catholica detestat, & aliāq; assertionū sacrilegia cōcordibus p̄ totū mundū beatorū patrū dudum sunt dānata sentētijs, nō dubiū est eā vos fidē p̄dicare atq; defendere, quā sancta synodus Nicæna cōfirmavit dicēs: Credimus in vnū deū patrē omnipotētē visibilū & inuisibilū factōrē, & in vnū dñm Iesum Christū filiū dei, natū de patre vnigenitū, hoc est in substantia patris. Deū de deo, lumen de lumine, deū verē de deo vero, natū, nō factū vnus substantię cum patre (quod Græci dicunt Homousion) per quē oīa facta sunt, siue quę in cœlo, siue q̄ in terra. Qui p̄pter nos & p̄pter nostrā salutē descendit de cœlo, incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, v̄turus iudicare viuos & mortuos. Et in spm̄ sanctū In qua professione hoc euidentissime continet, quod etiā nos de dñi incarnatione cōfitemur, & credimus q̄ ad salutē humani gñis reformandā, verā carnē nrę fragilitatis non de cœlo secum detulit, sed in vtero virginis matris assumpsit.

II. ¶ Quicūq; ergo sunt ita obsecrati & à lumine veritatis alieni ut verbo dei à tēpore incarnationis



## Epistole Leonis pape.

nationis humanæ carnis denegēt veritatē, ostendāt in q̄ sibi christianū nomen vsurpēt. Et cū euāgelio veritatis q̄ ratione cōcordent, si beatæ virginis partu aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut em̄ negari nō p̄t euāgelista dicēte, q̄ verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Ita negari nō p̄t beato Paulo apostolo p̄dicāte, q̄ deus erat in Ch̄so mū dum recōcilians sibi. Quæ aut̄ recōciliatio eē posset q̄ humano ḡni p̄cipiaret deus nisi oīm causam mediator dei hoīm q̄ susciperet. Qua vero ratione veritatē mediatoris ipleret, nisi qui in forma dei æqualis est patri, in forma serui particeps esset, & n̄rī, vt mortis vinculum vnus p̄uaricatione cōtractum, vnus morte (q̄ solus morti nihil debuit) solueretur. Effusio em̄ p̄ iniustis sanguinis iusti tā potens fuit ad priuilegiū, tā diues ad p̄cium, vt si vniuersitas captiuorū in redēptorē suū crederet, nulla diaboli vincula retineret, q̄m̄ sicut ap̄lus ait, vbi abūdauit peccatū superabūdauit & gratia. Et cū sub peccati p̄iudicio nati potestātē acceperunt ad iustitiā renascēdi, validius factū est donū libertatis q̄ debitū seruitutis. Quā itaq; sibi in huius sacramēti p̄sidio spem relinquit, qui in saluatore n̄ro negant humani corporis veritatē. Dicant q̄ sacrificio recōciliati, dicāt q̄ sanguine sint redēpti. Quis est (vt apostolus ait) qui tradidit semetip̄m pro nobis oblationē & hostiā deo in odore suauitatis. Aut quod vnq̄ sacrificiū sacratius fuit, q̄ q̄d verus & æternus p̄tífex altari crucis p̄ immolationē suæ carnis iposuit. Quāuis em̄ multorū sanctorū in cōspectu dñi p̄ciosa mors fuerit, nullius tñ infantis occisiō redēptio fuit mundi. Acceperunt iusti, nō dederūt coronas, & de fortitudine fidelū exēpla nata sunt patientiæ, nō dona iustitiæ. Singulares q̄ppe in singulis mortēs fuerunt, nec alterius q̄sq̄a debitum suo fine p̄soluit, cū inter filios hoīm vnus solus dñs noster Iesus Ch̄sus qui vere erat agnus imaculatus extiterit. In q̄ oēs crucifixi, oēs mortui, oēs sepulti, oēs sunt etiā suscitati. De quibus ipse dicebat, Cū exaltatus fuero à terra oīa traham ad meipsum. Fides em̄ v̄a iustificās ip̄ios & creans iustos ad humanitatis suæ tracta participē in illo acquirit salutē, in q̄ solo, homo se inuenit innocentē, liberū habēs p̄ gratiam dei de potētia eius gloriari qui cōtra hostē humani ḡnis in carnis n̄ræ humilitate cōgressus his victoriā suā tribuit, in q̄ corpore triūphauit. Licet ergo in vno dño Iesu Ch̄so vero dei atq; hoīs filio verbi & carnis vna p̄sona sit, q̄ inseparabiliter atq; indiuisē cōmunes habeat actiōes, intelligēdā tñ sunt ip̄sorū op̄orū qualitates, & sincere fidei cōtemplatōe cernendū est, ad q̄ prouehat humilitas carnis, & ad q̄ inclinet altitudo diuinitatis. Quid sit q̄d caro sine verbo nō agit, quid sit q̄d verbū sine carne nō efficit. Sine verbi em̄ potētia nec cōciperet virgo nec pareret, & sine verbi veritate carnis obuoluta p̄anis infantia nō iaceret. Sine verbi potētia nō adoraret magi puerū stella indice declaratū, & sine veritate carnis nō iuberet in Aegyptū trāsferri puer & ab Herodis p̄secutōe abduci. Sine verbi potētia nō diceret vox p̄ris missa de cōelo, hic est filius meus dilectus, in q̄ mihi bñ cōplacui, ip̄m audite. Et sine veritate carnis nō p̄testaret Iohānes: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit p̄ctā mūdi. Sine verbi potētia non fieret redintegratio debiliū, & viuificatio mortuorū, & sine veritate carnis nec cibus ieiunio, nec somnus eēt necessariis fatigato. Postremo sine verbi potētia nō se dñs patri, p̄fiteret æqualē, & sine veritate carnis nō idē diceret patrē esse maiore, cū catholica fides vtrūq; suscipiat, vtrūq; defendat, q̄ scdm̄ cōfessionē beati ap̄li Petri vnum Ch̄m dei viui filiū & hoīm credit & verbū. Quāuis itaq; ab illo initio q̄ in vtero virginis verbū caro factū est nihil vnquā inter vtrūq; formā diuiniōis extiterit, & p̄ oīa incrementa corporea vnus p̄sona fuerint totius tp̄is actiōes, ea ipsa tñ q̄ inseparabiliter facta sunt, nulla cōmixtione cōfundinus, sed q̄d cuius formæ sit ex operū q̄litate sentimus. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cecis mētibus lumē nolūt recipere veritatis, in q̄ forma crucis ligno dñs maiestatis Ch̄s affixus sit, quid iacuerit in sepulchro, & reuoluto monumēti lapide, q̄ tertio die caro resurrexit, & in q̄ post resurrectionē suā nō credētes q̄sdā discipulos arguebat, & h̄sitationē cūctantiū cōfutebat cū diceret. Palpate & videte, quia spūs carnē & ossa nō habet sicut me videtis habere. Et ap̄lo Thomæ, Infer manū tuā in latus meū, & vide manus meas & pedes, & noli eē incredulus sed fidelis. Quāta manifestatiōe corporis sui iā h̄reticorū mēdacia destruebat, vt vniuersa ecclesia Ch̄ri imbuēda doctrinis hoc nō sibi dubitaret credendū q̄d apostoli susceperāt p̄dicādū. Ac si in tanta luce veritatis tñbras suas h̄retica obduratio nō relinquit, ostēdāt vñ sibi spem vitę polliceātur æternā, ad quē nisi p̄ mediatorē dei & hoīm, hominē Iesum Christū nō p̄t pueniri. Sicut em̄ ait bt̄s Petrus apostolus, nō est aliud nomē datū hoīb̄s sub cōelo, in q̄ oporteat nos saluos fieri, nec redēptio captiuitatis humanæ nisi in sanguine eius qui dedit semetip̄m redēptionē p̄ oīibus, & quisque p̄dicat beat⁹ apostolus Paulus, cū in forma dei esset nō rapinā arbitrat⁹ est eē se equale deo, sed semetip̄m exinaniuit formā serui accipiēs in similitudinē hoīm factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliāuit semetip̄sum factus obediens vsq; ad mortē, mortē autem crucis



crucis. Propter qd & deus exaltauit illū & donauit illi nomē qd est sup omē nomē, vt in nō mine Iesu omē genu flectat cœlestiū terrestriū & infernōz, & omīs lingua cōfiteatur quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Cū ergo vnus sit dñs Iesus Christus & vere deitas vereq; humanitatis in ipso vna prorsus eadēq; psona sit, exaltationē tñ qua illū sicut doctor gentiū dicit, exaltauit deus & donauit illi nomen, qd est sup omne nomen excellit, ad eā intelligimus p̄tinere formā q̄ ditanda erat tātā glorificationis augmento.

¶ In forma qppe dei æqualis erat filius p̄ri, & inter genitorē atq; vnigenitū nulla in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec p̄ incarnatōis mysteriū aliqd decesserat verbo qd ei patris munere redderet. Forma autē serui p̄ quā ipassibilis deitas sacramentū magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, q̄ in gloriā diuinæ p̄tatis euecta est, in tātā vnitate ab ipso cōceptu virginis deitate & humanitate cōserta, vt nec sine hoīe diuina, nec sine deo agerent hūana. Propter qd sicut dñs maiestatis dī crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis ē deo, dī exaltat⁹, q̄ inseparabiliter manēte vnitate p̄sonę, vnus atq; idē est, & totus dei filius p̄pter vnā cū patre deitatē. Quicquid em̄ in tpe accepit Ch̄sus sc̄dm hoīem accepit, cui q̄ nō habuit cōferrent. Nā sc̄dm potētiā deitatis indifferēter oīa q̄ habet pater, etiā filius habet, & q̄ in forma serui à patre accepit, eadē in forma dei etiā ipse donauit.

¶ Secundū formā em̄ dei ipse & pater vnū sunt, secundum formā autem serui non venit facere voluntatē suā, sed voluntatem eius qui misit eum.

¶ Sc̄dm formā dei sicut p̄r habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitā h̄re in semetipso.

¶ Sc̄dm formā serui tristis est aīa mea vsq; ad mortē, & idē ipse est sicut ait ap̄s & diues & paup̄. ¶ Diues, q̄ euāgelista dicēte. In p̄cipio erat verbū & verbū erat ap̄d deū, & de⁹ erat verbū. Hoc erat in p̄cipio apud deū, oīa p̄ ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil.

¶ Pauper vero, quia propter nos verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Quæ autē eius exinanitio, quæ paupertas: nisi formę seruilis acceptio: p̄ quā verbi maiestate velata dispensatio humanæ redēptionis impleta est. Nā quia captiuitatis nr̄e resolui originalia vincula nō poterāt, nisi existeret homo nr̄i gñis nostræq; nature, quē peccati p̄iudicia nō tenerent, & qui imaculato sanguine suo chyrographū letale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus p̄ordinatū, ita est in plenitudine p̄finiti tēporis factū, vt multis modis significata p̄missio in diu expectatū veniat effectū. Nec posset esse ambigū qd cōtinuis testificatōibus semper fuerat nuntiātū. In magno autē sacrilegio se versari h̄reticorū manifestat impietas, cū sub specie deitatis honorandæ humanæ carnis in Ch̄so denegāt veritatē, & religiose æstimāt credi si dicat in saluatore nr̄o, verū non esse qd saluat cū ita sc̄dm p̄missionē oīa secula p̄currentē, mūdus sit deo recōciliatus in Ch̄so, vt nisi verbū dignaret caro fieri, nulla posset caro saluari. Omē em̄ sacramentū fidei ch̄rianæ magno (vt h̄retici volūt) decolorat obscuro, si lux veritatis sub mēdacio putat latuisse phantasmatis. Nō ergo quisquā sibi erubescendū existimet christianus de nr̄i in Ch̄ri corpore veritate, q̄ oēs ap̄li apostolorūq; discipuli & p̄clari ecclesiæ quicq; doctores qui ad martyrii coronā, vel cōfessionis meruere gloriā peruenire, in huius fidei lumine splenduerē cōsonis vbiq; sentētijs intonātes, qd in dño Iesu Christo deitatis & carnis vna sit cōsitenda p̄sona. Qua autē rationis similitudine, qua diuinorū voluminū portione h̄retica impietas se existimat adiuuari, q̄ veritatē negat corporis Ch̄ri, cū h̄c nō lex testificari, nō p̄phetia p̄cinere, nō euāgelista docere, non ipse destiterit Ch̄s ostēdere. Querant p̄ omne seriem scripturarū, q̄ t̄bras suas fugiant, in q̄ verū lumen obscurēt. Et p̄ omia secula ita veritatē inuenient choruscantē, vt magnū hoc & mirabile sacramentū ab initio videant creditū, qd est in fine cōpletū. De q̄ cū sanctarū literarū nulla pars fileat, sufficit quædā cōsona veritatis signa paruissē, quibus diligētia fidei splendidissima latitudine dirigat, & sincera intelligētē lucē p̄spiciat, qd in filio dei qui se incessabiliter filiū hominis & hominē profitei nō sit christianis erubescēdum, sed cōstantissime gloriantū. Vt autē pietas tua cū venerabiliū pat̄r p̄dicatōibus nos cōcordari cognoscat, aliquātas eorū sn̄ias huic credidi subiūciēdas esse sermoni. Quibus si digneris attēdere recēditis nō aliud nos p̄dicare reperies, quā qd sc̄ti patres nr̄i toto orbe docuere, nec quēquā ab illis nisi solos ipsos h̄reticos discrepare. His igit gloriōsissime & venerabilis impator q̄nta potui breuitate p̄scrip̄tis, cū inspirata tibi diuinitus fide etiā nostrā p̄dicationē vnitā eē cognosce, nec in aliq̄ nos ab euāgelica apostolicaq; doctrina, vel à catholicæ p̄fessionis symbolo discrepare, qm̄ sicut docet beatus apostolus Paulus magnū est pietatis sacramētū qd manifestatū ē i carne, iustificatū ē spū, apparuit angelis, p̄dicatū ē gētib⁹, creditū ē in mūdo, assumptum est in gloria. Quid igit tuæ vtilius est salutē, quid tuæ congruētius p̄tati, q̄ vt paci ecclesiæ dñitua cōstitutōe p̄spicias, & in oībus tibi subditis dona dei defēdas, neq; vlla ratione patiaris p̄ inuidiā diaboli ministros ipsi⁹ in cuiusq; s̄uere p̄niciē, vt q̄ in hoc sancto

n tēporali



## Epistole Leonis pape.

tēporali emines regno in aeternū merearis regnare cum Christo.

¶ Epistola.

LIII.

**S** Ancti Hilarij Pictauiensis epi & confessoris in libro secundo inter cætera. Vñ igit hoc est immobile fundamentū, vñ hæc felix fidei petra petri ore confessa. Tu es inquit Christus filius dei viui, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quāta pueritatum quæstiones infidelitatis calūnia mouebunt. Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ sit, virgo, partus & corpus, post quæ crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim gñis causa dei filius natus ex virgine est, & spiritu sancto ipso sibi in hac operatione famulāte, & sua dei videlicet inumbrāte virtute corporis sibi initia conseqvit, & exordia carnis instituit, vt hō factus ex virgine naturā in se carnis exciperet, p̄ q̄ huius admixtiōis societas sanctificatū in eo vniuersi gñis humani corpus existeret, vt quēadmodū omnes in se per id qd corporeum se esse voluit cōdere, ita rursū in omnes ipse p̄ id qd eius est inuisibile referretur. Dei igitur imago inuisibilis pudorē humani exordij nō recusauit, & p̄ cōceptionem partū, vagitū & cunas, omnes naturæ nostræ cōtumelias trāscurrit. Quid tandē dignationis affectui rependeretur? Inenarrabilis à deo originis vnus vnigenitus deus i corpūculi humani formā sanctæ virginis vtero insertus accrescit. Qui oīa cōtinet, & intra quem & p̄ quem cuncta sunt, humani partus lege pfertur, & ad cuius vocē archangeli atq; angeli tremunt, cœlū & terra & oīa huius mundi resoluunt elementa vagitu infantia auditur. Qui inuisibilis & incōprehensibilis est, nō visu, sensu tractūq; moderādus, cunis est obuolutus. Hæc si quis indigna deo recolit, tāto se maioris bñficiij obnoxium cōfitebit, quanto minus hæc dei cōuenerint maiestati. Nō ille eguit hō effici, p̄ quē homo factus est, sed nos eguim⁹ vt deus caro fieret & habitaret in nobis. i. assumptione carnis vnus interna vniuersæ carnis incoheret. Humilitas eius nra nobilitas est, cōtumelia eius nra honor est. Quod ille deus in carne consistens, hoc nos vicissim in dñi carne renouati. Item eiusdē in libro nono inter cætera. Nescit plane vitā suā, nescit q̄ Chrm Iesum vt vēr deū ita & vēr hōiem ignorat, & eiusdē periculi res est Christū Iesum vel spm̄ deum vel carnē nostri corporis denegare. Omnis ergo qui cōfitebit me corā hominib⁹, cōfitebor & ego eū corā p̄re meo qui est in cœlis. Qui aut negauerit me corā hominibus, negabo & ego eū corā patre meo qui est in cœlis. Hoc verbū caro factū loquebatur, & homo Iesus Christus dñs maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ cōstitutus, & ipso illo inter deū & hōies mediatoris sacramento vtrūq; vnus existens, dū ipse ex vnitis in idipsum naturæ vtriusq; res eadem est ita tñ vt neutro careret in vtroq; ne forte deus esse hō nascendo defineret, & hō rursus deus manendo nō esset. Hæc vtiq; humanæ beatitudinis fides vera est deū & hominē p̄dicare verbū & carnē confiteri, neq; deū nescire qd & homo sit, neq; carnē ignorare qd verbū sit. Item eiusdē i eodē libro inter cætera. Natus igit vnigenitus deus ex virgine homo & scdm plenitudinē tempore in semetipso p̄fecturus in deū hōiem, hunc p̄ oīa euāgelici sermonis modū tenuit, vt se filiū dei credi doceret, & hominis filiū p̄dicari admoneret locutus & gerens homo vniuersa q̄ dei sunt, loquēs deinde & gerens deus vniuersa q̄ hōis sunt. Ita tamen vt ipso illo vtriusq; gñis sermone nunquā nisi cum significatione & hominis locutus & dei sit. Item alio loco in eodē libro inter cætera. Hinc itaq; fallendi simplices atq; ignorantes hæretici occasio est, vt q̄ ab eo scdm hōiem dicta sunt, dicta esse scdm naturæ diuinæ infirmitatē mentiātur, & q̄ vnus atq; idē est loquēs oīa q̄ loquit de semetipso oīa eum locutū esse contendāt. Ne sane negamus totū illū qui eius manet naturæ suæ esse sermonē. Sed si Iesus Chrs & homo & deus, & neq; cū homo tum primū deus, neq; tum cū & homo tum nō etiā & deus, neq; post hōiem in deo nō totus homo totus est deū, dei tū atq; hominis discerne sermonē. Et cū deū atq; hominē in tpe confiteberis, dei atq; hominis in tēpore dicta diiudica. Cum vero ex homine & deo rursū totius hominis totius iā dei tps cta sunt, vt cū aliud sit añ hōiem deus, aliud sit homo & deus, aliud sit post hominē & deum totus homo & totus deus non confundas tpibus & gñibus dispensationis sacramētum, cū pro qualitate gñm ac naturæ, aliū ei in sacramēto hominis necesse ē sermonē fuisse nō nato, aliū adhuc morituro, aliū iam aeterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Chrs nō tñ omittēs naturæ suæ esse qd deus est. Nā tametſi in partu & passione & morte, naturæ nra res pegerit, res tñ ipsas oēs virtute naturæ sue gessit. Et reliq̄. Itē alio loco in eodē libro inter cætera. Vides ne ita deū & hominē p̄dicari vt mors homini, deo vero carnis exercitatio deputet? Nō tñ vt ali⁹ sit qui mortuus ē, & ali⁹ sit p̄ quē mortu⁹ resurgit, Spoliata ei carne

Chrūs



ne Christus est mortuus & rursus Christum à mortuis excitans idem Christus est carne se expolians. Naturam dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gestis naturis, unum tamen Christum Iesum eum memeto esse qui utrumque est. Item post pauca. Hec igitur demonstranda à me paucis fuerunt, ut utriusque naturę personam tractari in domino Iesu Christo meminissimus, quia manens in forma dei formam serui suscepit. Item sancti Athanasii Alexandria ecclesię episcopi & cõfessoris ad Epictetum corinthiorum episcopum, Quo autem vel dubitare ausi sunt qui dicunt christiani, si dominus qui ex Maria virgine, processit filius quidē substantia & natura dei est, quod secundum carnem ex semine David est & carne sanctę Marię? Item sancti Ambrosii episcopi & cõfessoris Medionalensis ecclesię, quod misit ad imperatorem Gratianum in libro secundo de fide inter cetera. Vñ illud quod lectum est dominum maiestatis crucifixum esse, non quoniam in maiestate crucifixum putemus. Sed quia idem deus, idem homo, per diuinitatem deus, per suspensionem carnis homo. Christus Iesus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia cõsors utriusque naturę, id est humanę atque diuinę in natura hominis subiit passionem, ut indiscrète & dominus maiestatis dicat eum qui passus est, & filius hominis sicuti scriptum est qui descendit de cœlo. Item alio loco in eodem libro inter cetera. Sileant igitur inanes de sermonibus questiones, quia regnum dei (sicut scriptum est) non in persuasione verbi est, sed ostensione virtutis. Seruamus distinctionem diuinitatis & carnis, vnus in utroque loquitur dei filius, quia in eodem utraque natura est, & si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende mecum nunc gloriam dei, nunc hominis passiones. Quasi deus loquitur quod sunt diuina, quia verbum est, quoniam homo dicit quod sunt humana, quia in ea substantia loquebatur. Item eiusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas. Sed dum dominus redarguimus emergunt alij qui carnem domini dicant & diuinitatem vnus naturę. Quare tamen sacrilegium inferna vomere? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quę pistos perfidie robur adolescit, ut maiore contentione asserant patrem & filium & spiritum sanctum vnus non esse substantiam, quia isti diuinitatem domini & carnem substantię vnius dicere tetauerunt. Item infra. Et hi mihi frequenter Nicęni cõcilij tractatum se tenere commemorant, sed in illo tractatu presens noster non carnem sed dei verbum vnius substantię cum patre esse dixere. Et verbum quod ex patre processisse substantiam, carnem autem ex virgine esse cõfessi sunt. Quo igitur Nicęni cõcilij nomen obtendit & noua inducunt quod nunquam nostri sensere maiores? Et reliquum. Item eiusdem ad Sabinum episcopum inter cetera. Vñ pulchrę apostolus eiusdem verbi repetitio vsus est dicens de domino Iesu Christo. Cum in forma dei esset non rapinam arbitrat? est esse se æquale deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quid est in forma dei nisi in plenitudine deitatis in illa perfectionis diuinę expressio? Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se & accepit plenitudinem naturę & perfectionis humanę. Sicut deo nihil deerat, ita nec homini cõsummaris ut esset perfectus in utraque forma. Vnde & David dicit, Speciosus forma p̄ filiis hominum. Cõcludit Apollinarista, nec quod se vertat habet, suis claudit retibus. Ipse enim dixit formam serui accepit non seruus locutus est. Item ergo interrogo. Quid est in forma dei? Respondit in natura dei. Sicut enim (ait apostolus) qui non sunt natura dei. Quæro quid sit formam serui accipiens sine dubio perfectionem naturę & cõditionis ut dixi humanę ut esset in hominem similitudine. Et pulchrę non carnis sed hominem dixit similitudinem, quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Vñ & propheta ait. Et homo est & quis cognoscit eum? homo secundum carnem, sed ultra hominem diuina operatio. Denique cum leprosum tangeret homo videbatur, sed ultra hominem cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fletet, mortuum quoniam homo flebat, sed supra hominem erat cum mortuum vincentem iubebat pedibus exire. Homo videbatur cum pederet in cruce, sed supra hominem cum referatis tumulis mortuos suscitaret. Sancti Augustini episcopi Iponensis ecclesię ad Dardanum inter cetera. Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominem Christum vñ vterus est, memoriterque recole, & fideliter tene christianam cõfessionem quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum sedet ad dexteram patris, nec aliunde quā inde ad iudicandos vterus est viuos & mortuos. Et sic vterus illa angelica voce testate quęadmodum est ire visus in cœlum, id est in eadem forma carnis atque substantia cui perfectio immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Item eiusdem in epistola ad Volusianum inter cetera. Nunc vero ita inter deum & homines mediator apparuit & in vnitatem personę copulās utraque naturam, ut solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Item eiusdem in expositioe euāgelij secundum Iohannem inter cetera. Quid igitur hæretice cum Christus sit deus & homo loquitur ut homo & calūniaris deo? Ille in se naturam cõmendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam. Et item infra. Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam scilicet quę equalis est patri, humanam quę minor est patre. Utrumque autem simul non duo sed vnus Christus, ne sit trinitas non trinitas deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro, sic vnus est deus, Christus & homo, ac pro hoc Christus est deus anima rationalis & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis cõfitemur. Quis est ergo pro quę factus est mundus? Christus Iesus sed in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Item eiusdem cuius supra. Quis non est derelictus in infernos? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resur-



## Epistole Leonis pape.

tã irrationabilẽ nouitatẽ vsurpare potuisse, vt confuso t̃pis vtriusq̃ mysterio nullã esse diffe-  
rentiã crederetis inter diem quo adoratus est Christus à Magis, & diẽ quo resurrexit à mortuis.  
Quã culpã nullo mō potuissetis incidere si vñ cõsecrationẽ honoris accipitis, inde legẽ totius  
obseruat̃iẽ sumeretis, & beati Petri apostoli sedes q̃ vobis sacerdotalis mater eẽ dignitatis, ef-  
fet ecclesiasticę magistratiõis. A cuius vos regulis recessisse minus posset æquanimiter tole-  
rari, si aliqua cõmonitionis nostræ pagina p̃cessisset. Nunc aut̃ q̃ nõ desperat̃ correctio, m̃-  
suetudo seruanda est. Et licet vix ferẽda sit sacerdotalis excusatio q̃ p̃tẽdat̃ inscientiã, malui-  
mus tñ & cẽsurã necessariã tẽperare, & rōne vos apertissimẽ veritatis instruere. Semp̃ quidẽ  
in æterno consilio dei m̃sistit humani generis in cõmutabiliter p̃ordinata reparatio, sed or-  
do reg̃ p̃ Iesum Christũ dñm nostrũ tẽporaliter gerendarũ incarnatiõẽ verbi sumpsit exor-  
diũ. Vnde aliud tẽpus est quo annuntiãtẽ angelo beata Maria fœcundandã se p̃ sp̃m sanctũ  
credidit & cõcepit, aliud quo salua integritate virginea puer æditus, exultãtẽ gaudio cœlesti-  
um ministror̃ pastoribus indicat̃, aliud q̃ infans circũcidit̃, aliud q̃ hostia pro eo regularis of-  
fertur, aliud quo tres Magi claritate noui syderis incitati in Bethleem ab oriente pueniũt, &  
adoratũ paruulũ mystica munẽ oblatione venerant̃. Nec idẽ sunt dies q̃bus impio Herodi  
ordinata diuinitus in Aegyptũ translatione subtractus est, vel q̃bus ab Aegypto in Galilæam  
p̃secutore mortuo reuocatus est. Inter has aut̃ dispensationũ varietates accedũt augmẽta cor-  
porea, crescit dñs (sicut euãgelista testat̃) profectibus ætatis & gratiæ. Per dies paschæ in tem-  
plũ cũ parentibus venit, & cũ abesset societate, redeuntũ sedens cũ senioribus & inter ammi-  
rantes magistros inuenit̃, rationẽq̃ remansioniẽ suę reddẽs, quid est inq̃t quod me quæreba-  
tis? Nesciebatis q̃ in his quę patris mei sunt oportet me esse? Significãs eius se esse filium cuius  
esset & tẽplum. Iã vero cũ in annis maioribus apertius declarãdus baptismũ p̃cursoris sui Io-  
hannis expetijt qd̃ deitatis eius remãsit ambigũ quando sp̃s sanctus in columbę specie sup̃  
eũ descendit & m̃sistit, audita de cœlis patris voce dicẽtis, Tu es filius meus dilectus in te bene  
cõplacui. Quę oĩa ideo quanta potuimus breuitate p̃strinximus, vt notũ sit dilectioni vestræ  
vniuersos dies Christi innumeris cõsecratos fuisse virtutibus & in cunctis eius actionibus sa-  
cramẽtor̃ mysteria choruscasse, sed aliter signis denuntiari, aliter rebus impleri, nec quęcũq̃  
numerant̃ in operibus saluatoris, ad tẽpus p̃tinuere baptismatis. Nã si etiã illa q̃ post beati Io-  
hannis lauacrũ ab eo gesta cognouimus, sub indiscreto honore colamus, oĩa tẽpora cõtinua-  
tis erũt deputada festis, q̃ oĩa sunt plena miraculis. Verũ quia sp̃s sapientiẽ & intellectus, ita  
ap̃ ostolos & totius ecclesię erudiuit magistros, vt in christiana obseruantia nihil inordinatũ,  
nihil pateretur esse cõsum, discernendẽ erant̃ causę solennitatũ, & in omnibus constitutis  
patrum principib̃q̃ nostrorum rationabilis seruanda discretio. Quia non aliter vnus grex,  
& vnus pastor sumus, nisi (quemadmodum apostolus docet) idipsum dicamus omnes. Simus  
autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Quamuis ergo & illa quæ ad humilira-



## Epistole Leonis pape.

tem, & q̄ ad gloriā pertinet Christi in vnā percurrat eadēq̄ personā, totūq̄ quicqd in illo, & virtutis diuinæ est, & infirmitatis hūanæ ad nostræ reparatiōis tendat effectū, proprie tñ in morte crucifixi, & in resurrectione mortui potētia baptismatis nouā creaturā condit ex veteri, vt renascētibz, & mors Christi operet & vita, dicēte beato ap̄lo Paulo, an ignoratis q̄a quicūq̄ baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti em̄ sumus cū illo p̄ baptismū in mortē, vt q̄uo surrexit Christus a mortuis p̄ gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si em̄ cōplantati facti sumus similitudinē mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et cætera q̄ latius magister gentiū ad commendandū sacramentū baptismatis deputauit, vt apparet ex huius doctrinæ spū regenerandis filiis hominum, & in dei filiis adoptandis illū diē esse, illud tēpus electū, in quo per similitudinē mysterij ea q̄rantur mēbris quæ in ipso capite sunt gesta congruere, dū baptismatis regula mors interuenit interfectioni peccati, & sepulturā triduanā imitatur trina dimersio, & ab aquis lauatio insurgentis ad instar est de sepulchro. Ipsa igit operis qualitas docet celebrādæ generaliter gratiæ eū esse legitimū diē, in quo orta est, & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationē plurimū valet quod ipse dñs Iesus Christus postea q̄ resurrexit a mortuis discipulis in q̄bus omnes ecclesiæ p̄sules docebant, & formā & potēstatē tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris & filij & spūs sancti. De quo utiq̄ eos etiam ante passionē potuisset instruere, nisi propriæ voluisset intelligi regenerationis grām ex sua resurrectione cepisse. Addit sane huic obseruantie etiā pentecostes ex aduentu spūs sancti cōsecrata solennitas, q̄ de paschalis festi pendet articulo, & cū ad alios dies alia festa ptineāt, hæc semp ad eundē qui resurrectione dñi est insignis, occurrit, porrigens quodāmodo auxiliantis gratiæ manū, vt hi quos a die paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercludit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditis, desiderij sui effectū dono spūs sancti consequant. Ipse em̄ vnigenitus dei in fide credentiū, & in virtute ope: nullā inter se & spm̄ sanctum voluit esse distantiam, q̄a nulla est diuersitas in natura, dicens, ego rogabo patrem & alium paracletū dabit vobis, vt vobiscū sit in æternū, spm̄ veritatis. Et iterum, Paracletus autem spūs quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit oīa, & suggeret vniuersa quæcūq̄ dixi vobis. Et itez, Cū venerit ille spūs veritatis, ille diriget vos in omnē veritatem. Cum itaq̄ veritas Christus est, & spūs veritatis spūs sanctus, nomēq̄ paracleti vtriq̄ propriū, non dissimile est festū vbi vnum est sacramentū. Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica autoritate seruare, satis idoneo probamus exēplo sequentes beatū apostolū Petrū qui in eo die quo omnem credentiū numez promissus spūs sancti repleuit aduentus trium milliū populū sua prædicatione conuersum, lauacro baptismatis cōsecrauit, quod sancta scriptura quæ apostoloz actus continet, fidei historia docet dicens. His auditis cōpuncti sunt corde, & dixere ad Petrū, & ad reliquos apostolos, qd faciemus viri fratres? Petrus vero ait ad illos, p̄nitentiā inquit agite, & baptizet vnusquisq̄ in nomine Iesu Christi in remedium peccatoz, & accipietis donum spūs sancti, vobis em̄ remissio est, & filijs vestris, & oībus qui longe sunt quoscunq̄ aduocauerit dominus deus noster. Alijs etiā verbis testificatus exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonē eius baptizati sunt, & appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia. Vnde q̄a manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis hæc duo tpa (de q̄bus locuti sumus) esse legitima, dilectionem vestrā monemus, vt nullos alios dies huic obseruantie misceatis. Quia etsi sunt alia quoq̄ festa q̄bus multa in honorē dei reuerētia debeat, principalis tñ & maximi sacramenti custodienda nobis mysticæ rōnis exceptio, nō interdicta licētia qua in baptismo tribuendo quolibet tpe periclitantibus subuenit. Ita em̄ ad has duas festiuitates cōnexas sibi met atq̄ cognatas incolumiū, & in pacis securitate degentiū libera vota differimus, vt in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in p̄secutiōis angustiis, in timore naufragij, nullo tpe hoc verē salutis remediū cuiq̄ denegemus. Si quis aut Epiphaniæ festiuitatē q̄ in suo ordine debito honore venerāda est ob hoc æstimat priuilegiū habere baptismatis, q̄a hoc quidā dicūt q̄ in eadē die ad baptismū dñs sancti Iohannis accesserit, sciat illius baptismi aliā grām, aliam fuisse rationē, nec ad eandē pertinuisse virtutē, qua per spm̄ sanctū renascuntur, de quibus dicitur, qui non ex sanguine, neq̄ ex voluptate carnis, neq̄ ex voluptate viri, sed ex deo nati sunt. Dominus em̄ nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi, sic voluit baptizari, sicut voluit circumcidi, hostiamq̄ pro se mundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut apostolus ait) fieret sub lege quam non venerat soluere, sed adimplere, & implendo finire, sicut beatus apostolus prædicat, dicens. Finis autē legis Chrūs ad iustitiam omni credenti. Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiam sanxit,



sanxit, quando de latere ipsius fluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis. Sicut ergo vetus testamentum testificatio fuit noui, & lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est, sic diuersa sacrificia vnam hostiam præformare & multorum agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sic & Iohannes, non Christus, sed Christi præuius, non sponsus, sed sponsi amicus, fuit adeo fidei, & non sua quærens, sed quæ Iesu Christi, vt se profiteretur ad soluenda calciamenta pedum eius indignum, quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in penitentiam, ille baptizaturus esset in spū sancto & igni, qui duplici potestate & vitam redderet, & peccata consumeret. His itaq; fratres tot tantisq; existentibus documentis, quibus omni ambiguitate submota euidenter agnoscitis, in baptizandis electis qui secundum apostolicam regulam & exorcismis scrutandi, & ieiunijs sanctificandi, & frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id est pascha & pentecosten, esse seruanda. Hoc vestra indicimus charitati, vt apostolicis institutis nullo vltius recedatis excessu. Quia multum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Quare illud primitus pro custodia concordissimæ vnitatis exigimus, vt quia saluberrime à sanctis patribus constitutum est binos in annis episcoporum debere esse conuentus, terni semper ex vobis ad diem tertium Calendarum Octobrium Romam fraterno concilio sociandi occurrant, & indissimulanter à vobis hæc consuetudo seruetur. Quoniam adiuuante gratia dei facilius poterit prouideri, vt in ecclesijs Christi nulla scandala, nulli nascantur errores, cum coram beatissimo apostolo Petro semper in cōmunionem tractatum fuerit, vt omnia instituta canonumq; decreta apud omnes dñi sacerdotes inuiolata permaneant. Hæc autē quæ vobis inspirante dño insinuanda credidimus, per fratres & coepiscopos nostros Bachillum atq; Paschasium ad vestram volumus notitiam peruenire. Quibus referentibus agnoscamus q̄ reuerēter à vobis apostolicæ sedis instituta seruentur.

## ¶ Epistola. LXIII.

¶ Leo vniuersis episcopis per Italiae provincias constitutis in dño salutem.

**I**N consortium vos nostræ sollicitudinis dilectissimi fratres aduocamus, vt vigilantia pastoralis ne quid diabolice licere possit astutiæ cōmissis vobis gregibus diligentius consulatis, ne is qui domini misericordia reuelante per nostram curam à nostris ouibus moribus abijcitur, necdum vobis præmonitis & adhuc quid agatur ignaris, per vestras se dispergat ecclesias, & suarum furtim cuniculos inueniat latebrarum, vt quod à nobis in vrbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces doctores in vrbe inuestigatio nostra repperit, vigilantia diuulgauit, autoritas & censura coercuit, quos potuimus emendare, correximus, & vt damnarent Manichæum cum prædicationibus & discipulis suis, publica in ecclesia confessione & manus suæ subscriptione compulimus, & ita de voragine impietatis suæ confessos penitentiam concedendo leuauimus. Aliquantum vero qui ita se demerferant, vt nullum his auxiliantis posset auxilium subuenire subditi legibus secundum christianorum principum constituta, ne sanctū gregem sua contagione polluerent per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia quæ tam in scripturis q̄ in occultis traditionibus suis habēt prophana vel turpia, vt nosset populus qd refugeret aut vitaret, oculis christianæ plebis certa manifestatione probauimus, adeo vt ipse qui eorū dicebatur episcopus à nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysterijs quæ teneret, sicut gestorum vos series potest edocere, ad instructionem em vestram etiā ista direximus, quibus lectis, omnia quæ à nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his quos ne ab soluerent, arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionē vestrā epistolam misimus per accolitū nostrū, vt effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur & cautius, nec vbi Manichææ peruersitatis homines plebes vestras facultatē lædendi & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter em nobis cōmissos regere nō possumus, nisi hos qui sunt perditores & perditū zelo fidei dñicæ persequamur, & à sanis mentibus, ne pestis latius diuulget sæueritate qua possumus abscindamus. Vnde hortor dilectionē vestram, obrestor & moneo, vt q̄ debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, nec vbi occultadi se reperiāt facultatē. Vt em habeat adeo ingēs remunerationis pmiū q̄ diligētius qd ad salutē cōmissæ sibi plebis proficiat fuerit executus, ita ante tribunal dñi de reatu negligētiæ se nō poterit excusare, quicunq; plebē suam contra sacrilegæ persuasionis autores noluerit custodire. Data tertio Calendas Februarij, Theodosio. XVIII, & Aluino viris clarissimis consulibus.

¶ Leo Neonix episcopo Rauennati de his qui redeuntes de captiuitate, incertū habent, vtrum ante captiuitatem baptisma consecui sunt.

## ¶ Epistola. LXIII.



## Epistole Leonis pape.

**F** Requēter quidē in diuersarū ambiguo quæstionū titubantia fratrum corda spū dei instituente solidauimus, responsionis formā vel ex sanctarū scripturarū disciplinis, vel ex patrum regulis colligētes. Sed nup in synodo nouū & inauditū antea genus cōsultationis exortū est. Nā quorūdā fratrum suggestiōe cōperimus aliquos captiuorū ad sedes suas libertatēq; redeūtes, q; scilicet in captiuitatē illa ætate puenierint q; nullius rei firmā potuerit habere notitiā, remediū qdē implorare baptisui. Sed vtrū eiusdē remediū ante sacramēta pceperint, infantia in sciētia nō posse reminisci, & ideo sub hoc latētis recordatiōis incerto aīas suas in discrimē adduci dū sub specie cautionis negat his gratia, q; ideo nō impēdit, q; putatur impēsa. Cū itaq; tribuere talibus dñici sacramēta mysterij non immerito quorundā fratrum formido dubitaret, in synodali (vt diximus) cœtu formā huiuscemodi cōsultationis accepimus. Quā diligētius discuti, & pro vniuscuiusq; sensu sollicita volumus rōne tractari, q; ad veritatē adhibita cogitatōe multorū certius puenire possemus. Eadē ergo q; in sensum nostrū diuina inspiratōe venere, frequēs etiā fratrum firmavit assensio. Imprimis itaq; puidere debemus, ne dū speciē quandā cautionis tenemus, damnum regenerandaz incidamus aīaz. Quis em̄ ita sit suspicatōibus suis deditus, vt vērē esse definiat, q; omni manifestatōe cessante ex opīnione ambigua suspicatur? Cū itaq; baptizatū se, nec ille recordet q; regeneratiōis est cupidus, nec alter attestari de eo possit qd nesciat, cōsecratū nihil est in quo peccatū possit obrepere, cū in hac parte cōscientiā suā nec ille reus sit q; consecratur, nec ille q; consecrat. Scimus qdē in expiabile esse facinus, quotiens iuxta hæreticorū dānata à sanctis patribus instituta cogit aliquis lauacrum qd regenerādis semel tributū est, bis subire apostolica reclamāte doctrina, q; nobis vnā p̄dicat in trinitate deitatē, vnā in fide cōfessionē, vnū in baptismo sacm. Sed in hoc nihil simile formidat, qm̄ nō p̄t in iterationis crimen deuenire, qd factū esse oīno nescit. Atq; ideo quotiēs psona talis inciderit, sollicita primū examinatōe discutite, & lōgo tpe, nisi forte sup̄mus finis imineat, indagate, vtrū nemo sit penitus q; testimonio suo iurare possit ignorantiā nesciētis. Et cū cōstiterit hūc q; baptismatis indiget sacro, sola inaniter suspitiōe prohiberi accedat intrepidus ad cōsequēdā grām, cuius in se nullū scit eē vestigiū. Nec veneramur huic salutis ianuā aperire, quā nunq; docet ingressus, q; si ab hereticis baptizatū quēpiā fuisse cōstiterit, erga hūc nullatenus sacm regnationis iteret, sed hoc tm̄ qd ibi defuit, cōferat, vt p epālē manus ipositionē virtutē sancti spūs cōsequat. Quārē frater charissime ideo ghaliter ad oīm vestrū volumus puenire notitiā, ne dū plus iusto metuī misericordia dei saluari cupiētibus de neget. Data nono Calēdas Nouēbris, consulatu Martiani augusti.

¶ Leo vniuersis episcopis per Aphricam constitutis in domino salutem.

¶ Epistola. LXV.

**C** Vm in ordinationibus sacerdotū quædā apud vos illicite vsurpata crebrior fama narraret rō pietatis exegit, vt pro sollicitudine quā vniuersæ ecclesiæ ex diuina institutione depēdimus, rez fidē studeremus agnoscere, vicē curæ nræ proficiētiā à nobis fratri & cōsacerdoti nro Potētio iniungētes, q; secūdū scripta q; per ipm̄ ad vos direximus de epis, q; culpabilis ferebat electio, qd veritas haberet inqueret, nobisq; oīa fidei indicaret. Vnde quidē plenissime notitiā nræ cūcta referauit, & sub qbus qualibsq; rectoribus qdā Chri plebes in partibus prouinciæ Cæsariēsis habeat, syncera nobis relatiōe patefecit, necessariū fuit vt dolorē cordis nrī quo pro dñicorū gregū periculis estuamus, datis ad vos literis promeremus. Mirātes tantū apud vos p occasione tps impacati aut ambiētū p̄sumptionē, aut tumultū valuisse populare, vt indignis qbusq; & lōge extra sacerdotale meritum cōstitutis pastore fastigiū, & gubernatio ecclesiæ crederet. Non est hoc cōsulere populis, sed nocere, nec p̄stare regimē, sed augere discrimē. Integritas em̄ p̄sidentū salus est subditorū & vbi est incolumitas obediētia, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autē quē aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiā si moribus atq; actibus nō offēdit, ip̄ius tñ in itij sui est p̄niciosus exemplo, & difficile est, vt bono pagant exitu, q; malo sunt inchoata principio. Qd si in qbuslibet ecclesiæ gradibus, puidēter sciēterq; curādū est, vt in dñi domo nihil sit inordinatū, nihilq; p̄posterū, q; to magis elaborādū est, vt in electiōe eius q; sup oēs gradus cōstituit, nō erret. Nā totius familiæ dñi status & ordo nutabit, si qd sequit in corpore nō inueniat in capite. Vbi est beati Pauli apostoli p spm̄ dei emissā pceptio, qua in psona Timothei oīm sacerdotū Chri nr̄us erudit, & p̄inde vnicuiq; nostrū dicit. Manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris p̄ctis alienis. Quid est cito manus iponere, nisi ante ætatē maturitatis, an tēpus examinis, an meritū laboris, an experiētia disciplinæ, sacerdotalem honorē tribuere nō probatis? & qd est cōicare p̄ctis alienis, nisi talē effici ordinantē q̄lis ille est q; nō meruit ordinari? Sicut em̄ boni operis sibi comparat fructum, q; rectum sectat in eligēdo sacerdote iudiciū, ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegiū sublimat indignū.

Non



Non enim in cuiusq[ue] p[er]sona p[re]mittendū est q[uo]d institutis g[en]eralibus cōtineat, nec putandus est honor ille legitimus q[uo]d fuerit de p[re]uaricatione collatus, dicēte enī ap[osto]lo. Vt inter electiōis regulas, is ep[iscop]us ordinet, quē vnus vxoris vix fuisse, aut esse cōstituerit. Tā sacra semp[er] habita est ista p[re]ceptio, vt etiā de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligat seruāda cōditio, ne forte illa priusq[ue] in matrimoniū eius veniret q[uam] aliā nō habuisset vxorē, alterius viri esset experta cōiugiū. Quis ergo dissimulare audeat q[uo]d in tanti sacramēti p[re]petrat iniuriā? Cū huic magno venerādoq[ue] mysterio ne legis quidē statuta defuerint, q[ui]bus euidenter est definitū, vt virginē sacerdos accipiat & alterius th[em]e nesciat coniugis q[uam] vxor est futura pontificis: lā tunc enī in sacerdotibus figurabat Christi & ecclesię spūale cōiugiū, vt q[ui]m vir caput est mulieris, discat sp[ous]a verbi non aliū virū nosse Christū, q[uam] eā vnā quā legit, vnā diligit, & aliā p[ro]pter ipsam suo cōsortio nō adiungit. Si ergo etiā in veteri testamēto hęc sacerdotaliū cōiugior[um] forma seruata ē, q[uo]to magis subreuelata iā gratia cōstituti apostolicis debemus seruire p[re]ceptis, vt quolibet q[ui]s bonis moribus p[re]ditus, & sanctis operibus inueniat ornatus, nequaquā t[ame]n vel ad diaconij gradū, vel ad p[re]b[ite]i honorē, vel ad ep[iscop]atus culmē ascendat, si aut ipsum nō vnus vxoris virū, aut vxorē eius nō vnus viri fuisse claruerit. Monēte vero ap[osto]lo atq[ue] dicēte, & hi aut probent primū, & sic ministrent. Quid aliud intelligendū putemus, nisi vt in his prouectionibus nō solū matrimoni[um] priuilegia, sed etiā labor[um] merita cogitemus, ne aut à baptismo rudibus, aut à seculari actu rep[er]te cōuersis officiū pastorale credat, cum omnis gradus militię christianę de incrementis profectū debeat estimari, an possint cuiq[ue] maiora cōmitti? Merito sanctor[um] pat[rum] venerabiles sanctiones cū de sacerdotū electione loquerent[ur] eos demū idoneos sacris administrationibus cēsuere, quor[um] o[mn]is ætas à puerilibus exordiis vsq[ue] ad prouectiores annos p[er] disciplinā ecclesiasticā st[et] p[er]dicia cucurrisset, vt vniciq[ue] testimoniū prior vitę p[re]beret, nec posset de eius prouectiōe dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci p[re]miū deberet. Si enī ad honorē mūdi sine suffragio tp[er]is, sine merito laboris indignū est puenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documēta nō adiuuant, q[uam] diligēs, & q[uam] prudēs habēda est disp[en]satio diuinor[um] muner[um], & celestiu[m] dignitatū, ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violent, & his ecclesia d[omi]ni regēda credat quilegitimę institutionū nesci, & totius humilitatis ignari nō ab infimis fūere incrementū, sed à summis volunt habere principiu[m]: cū valde iniquū sit & absurdū vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes p[re]ferant emeritis. In domo q[uam] dē magna necesse est (sicut ap[osto]lus ait) vasa diuersa sint, quędā aurea, argētea, quędā vero lignea, & fictilia, sed hor[um] ministeriū pro materię qualitate discernit, nec q[uod] est p[re]tiosior, idem vsus est viliū. Nā inordinata sunt o[mn]ia si fictilia aureis, & lignea p[re]ferant argenteis. Sicut autē in ligneis & fictilibus eor[um] omniū species figurat, qui nullis adhuc virtutibus nitent, ita in aureis & argenteis, hi sine dubio declarant, q[uod] per longum eruditionis ignē, & per fornacē diuturni laboris excocti, auge probatum & argentū purum esse meruere. Quibus si merces pro deuotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resoluit, omnis ordo turbatur, dū in ecclesia, q[uod] nullū subiere ministeriū peruerso eligētū iudicio debitū obtinent principatū. Cū ergo inter vos tantū valuerint, aut studia populariū, aut ambitus superbor[um], vt non solū laicos, sed etiam secundar[um] vxorum viros, aut viduar[um] maritos ad officiū cognoscamus postorale prouectos, nonne aptissime exigunt causę, vt ecclesię in q[ui]bus ista commissā sunt, iudicio s[er]uatore purgent, & non solum in tales p[re]sules, sed etiā in ordinatores eor[um] vltio competens proferat? Sed circumstant nos hinc mansuetudo clemētię, hinc censura iustitię. Et q[uia] vniuersę vię d[omi]ni misericordia & veritas, cogimur secundū sedis apostolicę pietatē, ita nostrā temperare s[er]uam, vt trutinato pondere delictor[um], quę constat non vnus esse mensurę quędā definiamus vt cūq[ue] toleranda, q[uam]dā vero penitus amputāda. Eos enī q[uod] vel secundas nuptias inierunt, vel viduar[um] se coniugio sociarūt, nec apostolica, nec legalis autoritas sacerdotū obtinere p[er]mittit, & m[ult]o magis illū, si fuerit v[er]o iudicio cōsultatus, q[uod] sicut ad nos relatū est duar[um] simul est maritus vxor[is] vel illū qui à prima vxore dimissus, alterā duxisse perhibet. Ceteros vero quorum prouectio hoc tantū reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt, neq[ue] ex hoc q[uod] vxores habeant, possunt eē culpabiles, susceptū sacerdotū tenere p[er]mittimus, non p[re]dicantes apostolicę sedis statutis, nec p[re]cessor[um] nostror[um] nostrisq[ue] decretis q[ui]bus salubriter statutū est, ne primū vel secundū, aut tertium in ecclesia gradū quisquam laicor[um] quib[us]libet suffragijs fultus ascendat, priusq[ue] ad hoc meritū per legitima augmenta perueniat, quod enim vtrūq[ue] patimur esse veniale multū postmodū esse non poterit, si quisq[ue] omnino id quod iter dicimus vsurpare p[re]sumperit, q[uia] remissio peccati nō dat licentiā delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi, phas erit amplius impune cōmitti. Donatū autē Salicinensem ex Nouatiano cū sua (vt comperimus) plebe conuersum, ita d[omi]nico volumus gregi p[re]fidere, vt libellū fidei suę ad nos meminerit dirigendū, quod & Nouatiani dogmatis damnet errorem & p[er]niciem



## Epistole Leonis pape.

nissime confiteatur catholicā veritatē. Maximū quoq; ex laico licet reprehensibiliter ordinatum, tñ si Donatista iā non est, & à spū schismaticæ prauitatis alienus, ab ep̄ali quam quoquo modo adeptus est nō repellamus dignitate, ita vt & ipse libello ad nos ædito catholicū se esse manifestet. De Aggaro & Tyberiano, q̄q; à cæteris q̄ ex laicis ordinati sunt in hoc cā diuersa est, q̄ eorū ordinationi atroces tumultus, & sæuē seditiōes memorant esse famulatē, vestro iudicio cuncta cōmisimus, vt relata habiti apud vos examinis fide qd de supradictis statuendū sit, scire possimus. Ille aut̄ famulæ dei q̄ integritatē pudoris oppressiōe barbarica p̄didere, laudabiliores erūt in humilitate ac verecundia si se incōtaminatis nō audeant cōparare virginibus. Quāuis em̄ omne peccatū ex voluntate nascat, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui, minus tñ eis dē oberit, si quod potuerint animo nō amittere doleant se vel corpore p̄didisse. Cū itaq; de oibus fere q̄ fratris n̄stri Potentij relatio cōtinebat plenissime dilectiōe vestrā per Dauid fratrē & coep̄m n̄strū, qui & sacerdotij merito nobis est probatus, & moribus videatis instructū, Superest fr̄s, vt concordī obedientia salubres suscipiatis hortatus, & nihil p̄ contentiōe agentes, sed ad omne studiū deuotionis vnanimis diuinis & apostolicis cōstitutionibus pareatis, & in nullo patiamini pia canonū decreta violari. Quæ enim nūc certaz remissimus consideratione causaz, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad rēpus pia lenitate concessimus, iusta post hęc vltione plectamus.

¶ Leo papa de priuilegio episcopoz siue presbyteroz, ad vniuersos Germaniæ atq; Galliæ ecclesiarum episcopos.

¶ Epistola. LXVI.

**A** Vm in dei noīe in Romana ecclesia synodū episcopoz siue cæteroz confacerdotū Christi q̄q; fidelū coadunatum habuissimus, & de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illaz partiū cōmeantium sermo peruenerat, atq; de alijs necessitatibus ecclesiasticis negotijs tractātes, sacrosq; canones relegētes solerter egissimus, à multis lachrymabili vultu relatu est nobis, q̄ quidā Germaniæ ac Galliæ vrbū episcopifrequēter coepiscopos, q̄ iuxta canones Neocæsarienses, siue secundū aliorū decreta patrū idē sunt qui & presbyteri vel p̄bros destinaret, qui absente pontifice altaria erigerēt, basilicasq; consecraret. Quod quidē non est mirum, id præcepisse viros ecclesiasticæ disciplinæ ignaros quod est canonicæ regulæ contrariū, & statim à seculari militia in sacerdotale ministeriū delegatos atq; promotos. Ergo ne vltra talis à vobis licētia vsurpet communi sn̄a statuendū oportuit scientes quia sicut coepiscopo vel p̄bfo illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis em̄ literis p̄cipiente dño, solus Moyses in tabernaculo dei erexit altare, solus ipse vnxit, q̄ vtiq; summus sacerdos dei erat, sicut scriptū est de eo, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ideoq; id quod tantū facere principibus sacerdotū iustum est, quoz typum Moyses & Aaron tenuerunt, oīno decretū est vt coepiscopi vel p̄bfi qui filiorū Aaron gestāt figuram arripere non p̄sumant. Nam quīs cum ep̄is plurima illis ministeriorū communis sit dispensatio, quadā tñ autoritate veteris legis, quā dā nouæ etiā ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyteroz & diaconoz, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris ac b̄dictio vel vnctio. Siquidē nec erigere eis altaria, nec ecclesias vel altaria consecrare licet, nec p̄impositiones manūū fidelibus baptizandis vel conuersis, vel ex h̄resi paracletum sp̄m sanctū tradere, nec chr̄isma cōficere, nec chr̄ismate baptizatoz frontes signare, nec publice quidē in missa quenq; p̄nitentē reconciliare, nec formatas cuilibet ep̄stolas mittere. Hæc em̄ oīa illicita sunt coepiscopis, qui ad exēplum & formā septuaginta discipuloz eē nō scuntur, vel presbyteris qui eandē gestant figurā. Quoniā quanq; consecrationē habeāt, pontificatus tamen apicē non habēt. Quæ omnia solis debere summis pontificibus autoritate canonū p̄cipitur, vt p̄ hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigiū summi pontificis demonstret. Sed neq; corā ep̄o licet presbyteris in baptisteriū introire, nec p̄sente antistite infantem tingere, aut signare, nec p̄nitentē sine p̄ceptione ep̄i sui reconciliare, nec eo p̄sente, nisi illo iubete sacramētum corporis & sanguinis Chr̄i cōficere, nec eo corā posito populū docere, vel b̄ndicere aut salutare, nec plebē vtiq; exhortari, in eos specialius & propēsius cōmouēdi q̄ in ep̄is ordinandis sanctoz patrū statuta neglexerint, & q̄s refutare debuerāt, cōsecrari. Vnde si q̄ ep̄i talē cōsecrauerint sacerdotē, qualem nō liceat, etiā si aliquo mō damnuū proprii honoris euaserint, ordinatōis tñ ius vltius nō habebūt, nec ei sacramēto interesse, q̄ neglecto diuī no iudicio immerito p̄stiterit. Illud sane qd ad sacerdotale p̄tinet dignitatē, inter oīa volumus canonum statuta seruari. Cum vbi minores sunt plebes, minoresq; conuētus, presbyterorū cura sufficiat, Episcopalia autē gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat p̄fidere, ne quod sanctoz patrū diuinitus inspirata decreta vetere vinculis, & possessionibus vel obscuris & solitarijs municipijs tribuatur sacerdotale fastigium, & honor



honor cui debet excellētia cōmitti, ipse sui nūerositate vilescat. Quod nūc in sua diocesi re-  
stitutus ep̄s factū esse causatus est, & rōnabiliter postulauit, vt ep̄i eorū locorū, in qbus non de-  
buerant ordinari hūana cōditiōe decesserint, loca ipsa ad ius eius antistitis redigant. Cuius aū  
fuerāt aū priora. Et inuile est vt sacerdotalis dignitas incōsiderata ordinātis facilitate & sup-  
flua multiplicatiōe minuat. De his aū q in sacro virginitatis pposito cōstitutę barbaricā pru-  
lere violētiā, & integritatē pudoris, nō aio, sed corpore p̄didere, ea nobis seruāda videt̄ mode-  
ratio, vt neq; in viduaz deſciant gradū, nec in sacraz & pseueratiū virginū nūero cēseantur.  
Quibus si in oibus virginalibus pseuerāt & castimoniz soliditatē mēte custodiūt sacramēto-  
rū nō est negāda cōio, q̄a iniustū est eas in eo argui, vel notari, qd nō voluntas admisit, sed vis  
hostilis eripuit. Causam q̄q; Lupicini ep̄i illic iubemus audiri. Cui multū & sapius postulanti  
cōmunionē hac rōne reddidimus, qm̄ ad nostrū iudiciū prouocasset immerito eū pēdente ne-  
gotio à cōione videbamus fuisse suspēsum. Adiectū etiā illud est qd huic temere supordina-  
tus esse cognoscit, q nō debuit ordinari anteq; Lupicinus in presenti positus, aut cōfatus, aut  
certe cōfessus, iuste posset subiacere sn̄az, vt vacantē locū, quēadmodū disciplina ecclesiastica  
exigit, is q cōsecrabaſ, exciperet. Siue vero alię emerſerint causę q ad statū ecclesię, & ad cō-  
cordiā pertineāt sacerdotū, illic sub timore dñi volumus ventulenti, & de cōponendis atq; cō-  
positis oibus ad nos relatiō plena mittat, vt ea q iuxta ecclesiasticū morē iuste & rōnabilr fue-  
rint definita, mea quoq; sn̄a roborētur. Data quarto Idus Augusti.

¶ Leo dilectissimis fratribus vniuersis ep̄is per Viennensem prouinciā cōstitutis

¶ Epistola. LXVII.

**D**iuinæ cultū religionis, quē in oēs gentes, oēsq; nationes dei voluit gr̄a choruscare, A  
ita dñs n̄r Iesus Chr̄s hūani gñis saluator instituit, vt veritas q̄ antea legis & pro-  
phetaz p̄conio continebat, p apostolicā tubā in salutē vniuersitatis exiret, sicut  
scriptū est. In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terrę verba eorū. Sed  
huius muneris sacramētū ita dñs ad oim ap̄orū officiū pertinere voluit, vt in beatissimo Pe-  
tro ap̄orū oim summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodā capite dona sua velut  
in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, q ausus fuisset à Pe-  
tri soliditate recedere. Hunc em̄ in consortium indiuiduę vnitatis assumptum id quod ipse  
erat, voluit dominari, dicēdo, tu es Petrus & sup hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt  
æterni ædificatio tēpli mirabili munere gratiæ dei in Petri soliditate cōsisteret. Hac ecclesiam  
suā firmitate corroborās vt illā, nec humana temeritas posset appetere, nec portæ cōtra illam  
inferi p̄ualerēt. Vez hanc petrā istius sacratissimā firmitatē, deo (vt diximus) ædificante con-  
structā nimis impia vult p̄sumptione violare quisquis eius potestātē tentat infringere, fauen-  
do cupiditatibus suis, & id qd accepit a veteribus non sequēdo, cū nulli se subditū legi, nullis  
institutionis dñicę credit regulis cōtineri, à vestro nostroq; per nouā vsurpationis ambitum  
more desciscēs, p̄sumendo illicita, & q custodire debuit negligendo. Vez hęc nos deo (vt cre-  
dimus) aspirante seruata circa vos n̄ræ charitatis gratia quā sanctitati vestrę aplica semp se-  
des, vt meministis impēdit, nitimur cōsilio maturiore corrigere, & v̄rę ecclesię statū cō-  
municato vobiscū labore cōponere nō noua instituētes, sed vetera renouātes, vt in status cō-  
suetudine q nobis à nostris patribus est tradita pduremus, & de nostro p boni opis ministe-  
riū, remotis pturbationū scandalis, placeamus. Nobiscū itaq; vestra fraternitas recognoscat  
apostolicā sedē pro sui reuerētiā à v̄rę etiā prouincię sacerdotibus inn̄teris relatiōibus eē cō-  
sultā, & pro diuersaz (quēadmodū vetus consuetudo poscebat) appellatōe causaz, aut retra-  
cta aut confirmata fuisse iudicia, adeo vt seruata vnitate spūs in vinculo pacis cōmeantibus,  
hinc inde l̄is q sanctę agebat perpetuę proficeret charitati. Quā sollicitudo n̄ra nō sua q̄rēs,  
sed q sunt Chr̄i dignitatē diuinitus datā, nec ecclesiis, nec ecclesię sacerdotibus arrogabat.  
Sed hūc tramitē semp iter maiores n̄ros & bñ tētū & salubiter cōstitutū, Hilarius ecclesię sta-  
tū & cōcordiā sacerdotū nouis p̄sumptiōibus turbaturus excessit, iteq; suę vos cupiēs subdere  
potestati, vt se beato ap̄o Petro nō patiat esse subiectū, ordinatōes sibi omniū per Gallias ec-  
clesię vēdicans, & debitā Metropolitanis sacerdotibus in suū ius transferēs dignitatē, ip̄s  
q̄q; beatissimi Petri reuerētiā verbis arrogantioribus minuēdo, cui cū prę cæteris soluēdi, &  
ligādi tradita sit potestas, pascēdarū tñ ouīū cura specialis mādada est. Cui quisq; principatū  
æstimat denegādū, illius quidē nullo modo potest minuere dignitatē, sed inflatus spū super-  
bię suę semetipm̄ in inferna demergit. Quę igit apud nos in causa Celedonij ep̄i gesta confe-  
sta sint & quę Hilarius dixerit dū cū eodē p̄sente supradicto episcopo audiret, inditus chartis  
rerum ordo demonstrat. Vbi postq; Hilarius rationabile quod in sanctorū concilio sacerdo-  
tum posset respondere non habuit, ad ea se occulta cordis ip̄s transulerunt, q nullus laico-  
rū dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus fateor fratres, & hūc eius meritis timorē



## Epistole Leonis pape.

medelis patiētiae nra curare tētauimus. Nolebamus em̄ ea illi exacerbare vulnera q̄ suā aīaē in solētibz subinde sermōibz infligebat, & quē suscepamus vt fratres, delinire magis ipm̄, q̄ uis ipse suis rñsionibus inuitaret, q̄ cōtristare inter locutiōibz nitebatur. Absolutus est Cele donius ep̄s, qm̄ se iniuste sacerdotio fuisse deiectū manifeste testiū respōsione ipso etiā p̄sente monstauerat, ita vt quod Hilarius nobiscū residens posset opponere nō haberet. Remorū est ergo iudiciū quod prolatum in hac sn̄a legebat, q̄ tanq̄ viduā maritus sacerdotiū tenere nō posset. Quod nos quidē seruātes legalia cōstituta sollicitius volumus custodiri nō solum circa sacerdotes, sed circa clericos q̄q̄ minoris officiū, ne ad sacrā militiā hi permittant accedere, q̄bus sit tale coniugiū, vel cōtra apostolicā disciplinā nō vnus tantū vxoris viri fuisse mōstren̄. Sed sicut eos q̄ factū suū nō p̄t excusare, aut nō admittēdos, aut si fuerint decernimus remouēdos, ita q̄bus hoc falsum obicit, ab ea necesse est examinationē purgemus, & suū officiū pdere nō sinamus. Mansisset nāq̄ in illū prolata sn̄a, si obiectoꝝ veritas extitisset. Redditus itaq̄ est ecclesiā fug, & huic quā amittere nō debuit dignitati coeꝝ n̄r Cele donius, sicut gestoꝝ series & post decursam cognitionē sn̄a q̄ a nobis est, plata testat. Huic negotio sic finito fratris & coeꝝ n̄r proiecti q̄rela successit. Cuius ad nos l̄r lachrymabiles & dolēdā desup ordinari si bi ep̄o sunt directā. Ep̄la q̄q̄ ingesta est ciuiū ipsius & nūmerosa subscriptiōe singuloꝝ firmata inuidiosissimis cōtra Hilariū plena q̄rimonijs, q̄ piecto ep̄o suo agrotare libeꝝ non fuisset, eiusq̄ sacerdotiū i aliū p̄ter suā notitiā eē trāslatū, & tāq̄ in vacuā possessionē ab Hilario puer fore h̄redē viuētis inductū. Quid hic fraternitas v̄ra sentiat cupem⁹ audire, q̄q̄ de v̄ris aīs n̄ra nō debeat sn̄a dubitare, cū fratre in lectulo cōstitutū, nō tā infirmitate corporis aggrauari, q̄ alio videatis dolore torq̄ri, q̄ spes illi de vita relinquit, cui de sacerdotio suo dū illi aliter substi tuit, irrogat desp̄atio. Apparet ergo q̄ mitis sit corde Hilarius, q̄ obesse p̄sumptōi suę fraternae mortis credidit tarditatē. Quātū em̄ in se fuit, illi subtraxit lucē, abstulit vitā, q̄ hunc dolorē in locū eius, alteꝝ subrogādo, ne ad salutē illi recursus eēt, iniecit. Esto vt breuis fratri euenerit hūanā cōditiōis cōsuetā migratio, qd̄ sibi Hilarius q̄rit in aliena puincia, & id qd̄ nullus decel soꝝ ipsius aut Patroclus habuerit cur vsurpat, cū & ipm̄ qd̄ Patroclo a sede aplicā t̄paliter videbat eē cōcēsum, postmodū sit sn̄a meliore sublatū. Epectaret certe vota ciuiū, testimonia p̄loꝝ, q̄reret honoratoꝝ arbitriū, electiō clericōꝝ, q̄ in sacerdotiū solēt ordinatōibz ab his q̄ norūt patrū regulas custodiri, vt aplicā autoritatis norma in oībz seruaret, q̄ p̄cipit vt sacerdos ecclesię p̄futurus nō solū attestatōe fideiū, sed etiā eoꝝ q̄ foris sunt testimonio muniat neq̄ vllius scādali relinquat occasio, cū p̄ pacē & deo placitā cōcordiā cōsonis oīm studijs, q̄ doct̄or pacis futurus est, ordinat⁹. Sed insperat⁹ nesciētibus supuenit & iprouisus abscessit, cur su, vt didicim⁹ celeri itinera multa cōficiēs, & p̄ lōginquas, puincias tāta imaturitate discurreēs vt videat gloriā de scurrili velocitate potius q̄ sacerdotali moderatōe captasse. Hęc em̄ directā ad nos ciuiū verba sunt l̄rā. Ante abscessit q̄ eū venisse nossemus. Nō est hoc redire, sed fugere, nec salubritatē impedere diligētē pastoralis, sed vim inferre latronis & furis, dicēte dño Qui nō intrat p̄ ianuā in curtē ouīū, sed ascēdit aliūde, hic fur & latro est. Nō ergo Hilarius tā studuit ep̄m cōsecrare, q̄ eū potius q̄ agrotabat occidere, & ipm̄ quē supposuit male ordinan do decipere. Nos tñ qd̄ vobis credimus deo iudice placitū, in cōe cūctis fratribz cōsulētes, & male ordinatū submoueri & ep̄m & proiectū in suo sacerdotio pmanere debere decreuim⁹. Id statuētes, vt si quisq̄ fratrū n̄roꝝ in quacūq̄ puincia decesserit, is sibi ordinationē vēdicet sacerdotis, quē illius puinciae Metropolitanū eē cōstituerit, q̄a (vt videmus) causę trāsactę sunt, in q̄bus em̄ multa sunt, q̄ p̄ter rōnem ecclesiasticā videant eē cōmissa, & iusti iudiciū debeant expectare cēsūrā. Sed nos diutius hic nō possumus imorari, cū ad alia q̄ nobiscū vestra sancti tate conferēda sunt, prouocemur. Militaris manus, vt didicimus, p̄ puincias sequitur sacer dotē, & armatis p̄sumptione suffultū ad inuadēdas famulatus ecclesias q̄ proprios amiserint. Trahunt ordinādi ante hoc officiū his q̄bus p̄ficiēdi sunt ciuitatibus ignorati. Vt em̄ notus q̄ fuerit probatus p̄ pacē petitur, ita p̄ vim necesse est q̄ ignorus adducitur, imponat. Obtestor & obsecro, & sub dei vos inuocatione conuenio, prohibere frēs talia, & omnē dissensiois ma teriā de vestris puincijs remouere. Certe nos ante deū absoluimus, q̄ vos ne pmittatis vltra hęc fieri cōuenimus. Per pacē & quietē sacerdotes, q̄ futuri sunt postulētur. Teneat subscrip tio clericōꝝ, honoratoꝝ testimoniū, ordinis consensus & plebis. Qui p̄futurus est oībz ab oībz eligatur. Ordinationē sibi (vt añ iā diximus) singuli Metropolitanī suāꝝ puinciarum cū his q̄ cāteros sacerdoti antiquitate pueniunt, restituto sibi iure defendāt. Alienū ius alter sibi non audeat vēdicare. Suis limitibus, suis terminis, sit vnusq̄sq̄ cōtētus. Et priuilegiū sibi debitū in aliū trāsferre se nosse nouerit non licere. Quod si q̄s negligēs apostolicas sanctio nes, plus gratiā tribuēs psonali, sui honoris desertor eē voluerit, priuilegiū suū in aliū trās ferre posse se credēs, non is cui cesserit, sed is q̄ intra puinciam antiquitate ep̄ali cāteros puenit



præuenit sacerdotes ordinandi sibi vendicet potestatem, non quæ passim, sed die legitimo celebratur. Nec sibi constare status sui nouerit firmitatem, qui non die sabbati vespere quod lucefcit in primâ sabbati vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Soli enim maiores nostri resurrectionis dominicæ diuinitate honore dignum iudicauere, ut sacerdotes qui sumuntur hoc die potissimum tribuantur. Suis una quæque prouincia sit cõtenta cõsilijs, nec ultra Hilarius audeat cõuentus indicere synodales, & sacerdotum domini iudicia se interfereudo turbare, qui non tantum nouerit se ab alieno iure depulsum, sed etiâ Viennensis prouinciæ quâ male usurpauerat potestate priuatum. Dignum est enim fratres antiquitatis statuta reparari, cum is qui sibi ordinationem prouinciæ indebitè vëdicabat, talis in presenti etiâ pbatu fuerit, ut cum ipse frequētius temerarijs & insolentibus verbis sniam dñationis expeteret, suæ tñ ciuitatis illi sacerdoti p sedis apostolicæ pietate pceptio nostra seruauerit. Nō ergo fit illi ordinationi nō ordini, qui meriti sui cõscius cum quæreret ad accusandū, turpi fuga se credidit subtrahendū ex oris apostolicæ cõmunionis, cuius particeps esse nō meruit, deo (ut credimus) hoc agēte, qui illū opinantibus nobis & ad iudicia nra ptraxit, & inter examinationes habitas, ne cõmunionis nostræ cõsors fieret, ut abscederet latenter effecit, nulli christiānoꝝ facile cõmunio, denegēt, nec ad indignatōis fiat hoc arbitriū sacerdotis quod in magni reatus ultionē inuitus & dolēs quodammodo debet animus vindicātis. Cognouimus enim p cõmissis & leuibus verbis quod a gratia cõmunionis exclusos, & animā pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatōe tā savi supplij fauciatā, & inermē quodammodo exutam quā omni munimine diabolicis incurfibus, ut facile caperetur obiectā. Certe si quā causa talis emerferit, ut pro cõmissi criminis q̄litate aliquem iuste faciat cõmunionē priuari, is tñ pene subdēdus est, quē reatus inuoluit, nec particeps esse supplicij, qui cõsors nō docet cõmissi. Sed quid miror eū in laicos talē existere, qui soleat sacerdoti dñationē gaudere. Vñ quia nra longe alia videt intētio, nā oīm ecclesiæ statum & cōcordiā custodiā cupimus sacerdoti, ad vnitatē vos vinculo charitatis hortātes obtestamur, & affectione cōgrua cōmonemus, ut ea quæ a nobis deo inspirāte & beatissimo Petro aplo discussis pbatu nūc oibus causis decreta sunt, p vestra pace, & dignitate seruetis, certi nō tā nro honori proficere quā talia statuisse cognoscimur. Nō enim nobis ordinationes vestras prouinciæ defendimus quod pōt forfitan ad deprauādos vñ sanctitatis animos Hilarius p suo more mētiri, sed p vestrā sollicitudinē vindicamus, nequid ulterius liceat nouitati, nec psumptori locus ultra itā pateat priuilegia nra cassandi. Nra enim gratulatōi hoc solū crescere pfitemur, si apostolicæ sedis diligentia apud vos illibata seruet, & p sacerdotali disciplina custodiā ori vñ perire quod suū est pro nouis usurpatōibus nō sinamus. Et quā honorāda est semp antiquitas, fratres & cōfem nōstrū Leontii probabile sacerdotem, hac (si vobis placet) dignitate volumus decorari, ut pter eius cōsensum alterius prouinciæ nō indicatur a vñ sanctitate cōciliū, & a vobis omnibus, quēadmodū vetustas eius & pbitas exigit, honoretur metropolitanis priuilegiū sui dignitate seruata. Aequū est enim nec vlli fratribus fieri videretur iniuriā, si his qui vetustate præcedūt, pro ætatis suæ merito in suis prouincijs a sacerdotibus ceteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat fratres mei.

¶ Epistola eiusdē ad Rauennis Arelatēsem archiep̄m. ¶ Epistola. LXVIII.

**P**rouocationē dilectionis tuæ quæ summi sacerdotij adepta est dignitatē ita nobis placere cognosce, ut nō solū tibi de honoris augmēto, sed etiā Arelatenſi ecclesiæ, cui te dñs pposuit, gaudeamus. Ad oīm enim fidelium decus atque vtilitatem redundat cū talis habetur antistes, cuius plurimi & adiuuētur p̄sidio, & incitētur exemplo. Vñ quia non ignoras quid de sinceritate animi tui secundum præsentē notitiā senserim? iustitiæ nos agnoscitis exigere, ut quod psumimus hoc probemus frater charissime. Modestitiæ igitur tuæ nō autoritas cōstantiā, sed māsuetudo cōmendat, iustitiā lenitas tēperet, patientia cōtineat libertatē, & declinata supbia cui proximū est, ut decidat ametur humilitas cui semp debetur ut crescat, Ecclesiasticæ legū nō ignara ē delectio tua, ut intra earū regulas atque mēsuras omnia potestatis tuæ iura cōtineas, iusto tñ dicitur lex non eē posita, quia normā pceptionis implet iudicio voluntatis, cū verus recti amor in semetipso habet & apostolicas auctoritates & canonicas sanctiones. Quæ deuotus sectator & diligēs executor in eoꝝ proculdubio cōsortio gloriaberis, qui de creditorib; sibi pfectibus talentorū audire meruerūt. Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituiam intra in gaudiū dñi tui. Ut autē fiduciā dilectionis erga te nostræ habere nō dubites, sapius nos de processu actuum tuorū facias certiores, quonia iudicij nri memores cupimus semp de tuis pfectibus in dño gloriari, deus te incolumen custodiat frater charissime.

¶ Leo Theodoro episcopo Foroiulienſi.

¶ Epistola. LXIX.

Sollicitu-



**S**ollicitudinis quidē tuæ is ordo esse debuerat, vt cū Metropolitano tuo primitus, de eo q̄ quærendū videbat esse, conferres, ac si id quod ignorabat dilectio tua, etiā ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis, q̄a in causis quæ ad generalē obseruantia p̄tinent omnium dñi sacerdotum sine primatibus oportet inquiri. Sed vt quoquo modo instruat ambiguitas consulenti, quid de p̄nitentiū statu ecclesiastica habeat regula non tacebo. Multiplex misericordia dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non solum per baptismi grām, sed etiā per p̄nitentiæ medicinā spes vitæ reparetur æternæ, & qui regenerationis donū violasset proprio se iudicio condēnantes ad remissionē criminum peruenirent, sic diuinæ bonitatis p̄sidijs ordinatis, vt indulgentia dei, nisi supplicatione sacerdotum nequeat obtineri. Mediator em̄ dei & hominū, homo Christus Iesus, hanc p̄positis ecclesiæ tradidit potestatem, vt & cōfidentibus actionē p̄nitentiæ darent, & salubri satisfactione purgatos cōionē sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtq; operi ipse saluator interuenit, nec vnquam ab his abest q̄ ministris suis ex æquēda cōmisit dicens, Ecce ego vobiscū sum oībus diebus vsq; ad consummationē seculi, vt si quid per seruitutē nostrā bono ordine & gratulando impletur effectu, non ambigamus per sp̄m sanctum fuisse donatū. Si aut aliquis eorū pro quibus dño supplicamus quocunq; interceptus obstaculo à munere indulgentiæ p̄sentis exciderit, & priusq; ad constituta remedia perueniret, temporale vitam humana conditione finiret, quod manens in corpore, non receperit consequi, exutus carne non poterit. Nec necesse est nobis eorū qui sic obierint merita actusq; discutere, cum dñs deus noster, cuius iudicia nequeunt cōprehendi, quod sacerdotale ministeriū implere nō potuit suæ iustitiæ reseruauerit. Ita potestatem suā timeri volens vt hic terror oībus proficiat, & q̄ quibusdā tepidis aut negligētib; accidit, nemo nō metuat, multū em̄ utile ac necessariū est, vt peccatorū reatus ante vltimū diē sacerdotali supplicatione soluat. His aut qui in tpe necessitatis & in periculi vrgētis instātia p̄sidiū p̄nitentiæ & mox reconciliatiōis implorat, nec satisfactio interdicēda est, nec reconciliatio denegāda, q̄a mīa dei nec mēsuras possumus ponere, nec tpa definire, apud quē nullas patit venire moras cōuersio, dicēte sp̄u dei p̄ prophetā. Cū cōuersus igemueris, tūc saluus eris. Et alibi, Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. Et itez. Quia apud dñm mīa est, & copiosa ap̄ eū redēptio. In dispēsandis itaq; dei donis nō debemus eē difficiles, nec accusantiū se lachrymas gemitusq; negligere, cū ipsam p̄nitentiā ex dei credamus inspiratōe cōceptā, dicēte ap̄lo, Ne forte det illis deus p̄nitentiā vt respiciāt à diaboli laq̄is, à q̄ capti tenent ad ipsius volūtatem. Vñ oportet vnūquēq; christianū cōsciētia suę habere iudiciū, ne cōueri ad dñm de die in diē differat, nec satisfactiōis sibi tēpus in fine vitæ suę cōstituat, quē periculose ignorātia hūana cōcludit, vt ad paucarū horarū se reseruet incertū, & cū possit pleniorē satisfactiōe indulgentiā promereri, illius tps angustias eligat, quo vix inueniat spaciū vel cōfessio p̄nitētis vel reconciliatio sacerdotis. Vez. (vt dixi) etiā taliū necessitati ita auxiliādū est, vt nec actio illis p̄nitentiæ, nec cōionis gratia denegē, si eā etiā amisso vocis officio p̄ iudiciū integri sensus q̄rere cōproben, q̄ si aliqua in egritudine ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poscebāt, sub p̄sentia sacerdotis significare nō valeant, testimonia eis fidelium circūstantium prodesse debebūt, vt si mul & p̄nitentiæ & reconciliatiōis bñficiū cōsequant, seruata tñ regula canonū paternorū circa eorū p̄sonas q̄ in deū à fide discēdo peccarūt. Hæc aut frater q̄ ad interrogationē dilectionis tuæ, ideo respōdi, ne aliqd cōtrariū sub ignorātiæ excusatōe gereret in Metropolitani tui notitiā facies puenire, vt si qui forte sunt fratru q̄ de his antea putauerāt ambigendū, p̄ ipsum de omnibus quæ ad te scripta sunt, instruantur.

¶ Leo episcopus, Rustico Narbonensi ep̄o. ¶ Epistola. LXX.

**E**pistolas fraternitatis tuę q̄s Hermes archidiacon⁹ tuus detulit libet̄ accēpi, diuersarū qdē causarū cōnexiōe multiplices, sed nō ita patiētię onerosas vt aliqd eorū p̄ incurrētes vndiq; sollicitudines fuerit p̄termisum, Vnde totius sermōis tui allegatōe cōperta & gestis q̄ in ep̄orū honoratorūq; examine cōfecta sunt recēsitis, Sauiniano & Leoni p̄b̄fisa cōiōis suæ intelleximus fiduciā defuisse, nec eis iustā sup̄esse q̄rimoniā q̄ se ab inchoatis disceptatiōibus sponte subduxerint. Circa quos quā formā quamū mensurā debeas tenere iustitię tuo relinquo moderamini. Suadens tamē charitatis hortatu vt sanandis egris spirituales adhibere debeas medicinā, & dicente scriptura, Noli esse nimium iustus mitius agas cū eis q̄ impuditię zelo videntur modum excessisse vindiētæ, ne diabolus q̄ decepit adulteros de adulteriū exultet vltoribus. Miror autem dilectionem tuam in tantū scandalorum quacūq; occasione nascētium aduersitate turbari, vt vacationem ab ep̄iscopatus laboribus optare te dicas, & male in filēio atq; otio vitā degere, q̄ in his quę tibi cōmissa sunt pmanere. Dicēte vero dño, Beatus q̄ pseuerauerit vsq; in finē, vñ beata erit pseuerātia, nisi de virtute patiētię. Nā scdm apostolicā p̄dicationē, oīs qui voluerit pie viuere in Christo Iesu p̄secutionē patietur.



tietur. Quæ nō in eo tñ cōputāda q̄ cōtra christi anā pietatē aut ferro, aut ignibus agit, aut q̄buscūq; supplicijs, cū psecutionū sēuitiā suppleāt & dissimilitudines morū, & cōrumacię inobediētia, & malignarū telalingarū, quibus cōsistatōibus cū oīa sēp ecclēsiæ mēbra pulsent, & nulla pioꝝ portio hic à tētātōe sit libera, ita vt periculis nec ocia careāt, nec labores, quis iter fluctus maris naues dirigit, si gubernator abscedat? Quis ab insidijs luporū oues custodiet, si pastoris cura nō vigilet? Quis deniq; latronibus obfistet & furibus si speculatorē in cōspectu exploratōis locatū, ab intentōe sollicitudinis amor q̄etis abducatur? Permanēdū ergo in ope ē credito & labore suscepto. Cōstāter tenēda ē iustitia, & benigne p̄standa clemētia. Odio habeant p̄cā nō hoīes. Nūc corripiant timidi, nūc tolerant infirmi & q̄d in p̄cīs seueri⁹ castigare necesse ē, nō seuiētis plectat aīo s; medētis. At si vehemētior tribulatio incubuerit, nō ita expauescam⁹ q̄si illi aduersitati, p̄p̄ijs sit virib⁹ resistēdū, cū & cōsiliū nīm & fortitudo sit Chr̄s, vt sine q̄ nihil possum⁹ p̄ipm cūcta possim⁹, q̄a cōfirmās p̄dicatores euāgelij, & sacramētorū ministros. Ecce ego iqt vobiscū sū vsq; ad cōsūmatōē seclī. Et itē. Hęc iqt locut⁹ sū vobis vt in me pacē habeatis. In mūdo at tribulatōēz habebitis. Sed bono aīo estote, q̄a ego vici mūdū, q̄ pollicitatōēs q̄a sine dubitatōe manifeste sunt nullis debem⁹ scandalis infirmari ne electiōi dei videamur ingrati, cui⁹ tā potētia sunt adiutoria q̄ vera p̄missa. De cōsultatōibus aut dilectionis tuæ q̄s separatim cōscriptas archidiaconus tu⁹ detulit, quid sentiendū sit inter p̄sentes opportuni⁹ q̄reret si nobis tui cōspectus copia pueniret. Nā cū q̄dā interrogatōēs modū diligentē videant excedere, intelligo eas colloquijs aptiores esse q̄ scriptis. Quia sicut q̄dā sunt q̄ nulla possunt traditōe conuelli, ita multa sunt, q̄ aut p cōsideratione ætatū, aut p necessitudine rerū oporteat tēperari, illa sēp conditōe seruata, vt in his q̄ vel dubia fuerint aut obscura, id nouerimus sequendū, q̄d ne p̄ceptis euāgelicis cōtrarium, nec decretis sanctorū pat̄z inueniatur aduersum.

¶ Incipit ad inquisitionē eiusdē epi subiecta respōsa. I. Qd nō habeant epi, q̄s nec clerus elegit, nec populus exquisiuit, nec prouinciales epi consecrarunt. A

¶ Nulla ratio finit, vt inter epos habeant, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus epis cū metropolitani iudicio cōsecrati. Vñ cū sēpe q̄stio de male accepto honore nascat, quis ambigat nequāq; istis eē tribuēdū, q̄d nō doceat fuisse collatū? Si qui at clerici ab istis pseudo epis in eis ecclesijs ordinati sunt, q̄ ad p̄p̄ios epos ptinebāt, & ordinatio eorū cōsensu & iudicio p̄sidentū facta est p̄rata haberi, ita vt in ip̄is ecclesijs p̄seuerent. Aliter aut vana est habenda ordinatio, q̄ nec loco fundata est, nec autore munita.

¶ Quod p̄bri aut diaconi, si in aliquo crimine dilapsi fuerint, nō possunt p manus impositionē penitendi remedium consequi. B

¶ Alienū est à cōsuetudine ecclesiastica, vt qui presbyteralē honorem aut diaconi gradum fuerint cōsecuti, hi qui p crimine aliq̄ suo p manus impositionē remediū accipiāt penitendi, q̄d sine apostolica traditōe descendit secundū q̄d scriptum est, Sacerdos si peccauerit quis orabit pro eo. Vnde hmōi lapsus ad promerēdā misericordiā dei priuata est expectāda secessio, vbi illis satisfactio digna sit etiam fructuosa.

¶ Qd diacon⁹ sicut epi & p̄bri cessare debet ab ope cōiugali nō tñ repudiare cōiugia. C

¶ Lex cōtinētis eadē est ministris altaris q̄ epis atq; p̄bris. Qui cū essent laici siue lectores, li cite & vxores ducere & filios pcreare potuerūt. Sed cū ad p̄dictos puenirent gradus cepit eis nō licere q̄d licuit. Vñ vt de carnali fiat spūale cōiugiū, oportet eos nec dimittere vxores & q̄si nō habeāt sic h̄re, q̄d & salua sit charitas cōiugiorū, & cessent opa nuptiarum.

¶ Quod aliud sit vxor, aliud cōcubina, nec erret quisq; si filiam suam in matrimonium concubinam habenti tradiderit.

¶ Non oīs mulier iuncta viro vxor est viri, quia nec oīs filius heres est p̄ris. Nuptiatū autē d fœderat inter ingenuos sunt legitima & inter æquales, multo prius hoc ip̄m dño cōstituere q̄ initiū Romani iuris extiterit. Itaq; aliud vxor, aliud cōcubina, sicut aliud ancilla aliud libera. Propter q̄d etiā Ap̄lus ad manifestādā h̄arū psonarū discretionē testimoniū ponit ex Genesi vbi d̄r Abrahā, Ejce ancillā & filiū eius. Nō em̄ heres erit fili⁹ ancillę cū filio libere, Vñ societas nuptiarū ita ab initio cōstitutā sit, vt p̄ter seruū cōiunctionem haberēt in se Chr̄i & ecclēsiæ sacramētū, dubiū nō ē eā mulierē nō ptinere ad m̄rimoniū in q̄ non docetur nuptiale fuisse mysteriū. Igr̄ cuiuslibet loci cleric⁹ si filiā suā viro habēti concubinā in m̄rimoniū dederit, nō ita accipiēdū ē q̄si de cōiugato eā dederit, nisi forte illa mulier ingenua facta & dotata legitime & publicis nuptijs honestata videat. P̄no arbitrio viris iūctę carent culpa si mulieres q̄ a viris habebāt in m̄rimonio nō fuerūt, q̄a aliud ē nupta aliud cōcubina.

¶ Quod nō sit coniugij duplicatio, quando ancillareiecta assumitur vxor.

¶ Ancillā à thoro abijcere & vxorē certę ingenuitatis accipere, nō duplicatio cōiugij, s; p̄fectus est



## Epistole Leonis pape.

ctus est honestatis. Culpāda est taliū negligētia, sed nō penitus discutienda, vt crebris cohortatiōibus iocitati q̄ necessarie experierūt fidelē & exa quant. Nemo em̄ desperādus est dum in corpore cōstituit. Quia nōnunq̄ qd diffidētia & tatis differē, cōsilio maturiore pficitur.

¶ De communione priuatis, & vita defunctis.

**F** ¶ Hōz cā dei iudicio referuāda est, in cuius manu fuit, vt taliū obitus vsq; ad cōionis remediū differret. Nos aut̄ qbus viuētibus nō cōicauimus, mortuis cōmunicare nō possumus.

¶ De his qui pēnitentiā agere differunt.

**G** ¶ Dissimulatio hēc p̄t nō de cōtēptu eē remediū, sed de mō grauius delinquēdi, vt pēnitētia q̄ dilata ē cū studiosius petita fuerit nō neget, vt quoquo mō ad indulgētia medicinā aīa vulne-

**H** ¶ Quod oporteat eū q̄ pro illicitis veniā poscit, etiā à mltis licitis abstinere. (rata pueniat. Aliud qd ē est debita iuste reposcere, aliud ppria pfectiōis amore cōtēnere. Sed illicitoz veniā postulatē oportet multis etiā licitis abstinere, dicēte ap̄lo. Oīa licēt, sed nō oīa expediūt. Vnde si pēnitēs habet causam quā negligere nō debeat, melius exigit ecclesiasticū q̄ forēse iu-

¶ Quod pēnitēti nulla lucra negotiationis exercere cōueniat.

**I** ¶ Qualitas lucri negotiantē aut excusat, aut arguit, q̄a est honestus q̄stus & turpis. Verūtamē pēnitēti melius est dispēdia pati, q̄ periculis negotiationis obstringi, quia difficile est inter ementis vendentisq; cōmercium non interuenire peccatum.

¶ Quod ad militiā secularē post pēnitentiā redire non debeat.

**K** ¶ Contrariū est oīno ecclesiasticis regulis post pēnitētia actionē redire ad militiā secularē, cū ap̄lus dicat, Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus, vnde non est liber laqueis qui se militiā mundanā voluerit implicare.

¶ Quod adolescēs se vrgente quocūq; periculo pēnitentiā gessit, & nō se contineat ab vxoris amplexu, potest remedium sustinere.

**L** ¶ In adolescētia cōstitutus si vrgēte aut metu, aut captiuitatis piculo pēnitētiā gessit, & postea timēs lapsū incōtinētē iuuenis copulā vxoris elegit, ne crimē fornicatiōis incurreret, rē videt fecisse veniale, si p̄ter cōiugē nullā oīno cognouerit. In quo tñ nō regulā cōstituiū, sed qd sit tolerabilius, & estimamus. Nā secundū verā cognitionē nihil magis ei congruit q̄ pēnitentiā gessit, q̄ castitas perseverans & mentis & corporis.

¶ Quod si quis propositū monachi deseruerit, publica sit satisfactiōe purgādus.

**M** ¶ Propositū monachi pprio arbitrio aut volūate susceptū, deserui non p̄t absq; p̄cō. Qd em̄ quis vouit deo, debet & reddere. Vnde q̄ relicta singularitatis p̄fessiōe ad militiā, vel ad nuptias deuolutus est, publicā pēnitētia satisfactiōe purgandus est, quia et̄ innocens militiā, & honestū potest esse coniugiū, electiōē melioz deseruisse, transgressio est.

¶ Quod puellā q̄ non coactā, sed volūate propria virginitatis propositū susceperunt, delinquant cū nupserint, & si nondū fuerint consecratæ.

**N** ¶ Puellā q̄ nō coactā parentū imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositū atq; habitū susceperūt, si postea nuptias eligunt, p̄uaricant, & si cōsecratio nō accessit, cuius utiq; nō fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

¶ De his qbus dubiū est, utrū baptisma receperint, necesse est vt renascantur.

**O** ¶ Si nulla existāt iudicia inter p̄pinqs aut familiares, nulla iter clericos atq; vicinos, qbus hi de qbus q̄ritur, baptizati fuissent, doceant, agendū est vt renascant, ne manifeste pereāt. In qbus q̄ nō ostendit gestū, ratio nō finit vt videat iteratū. Qui aut̄ possunt reminisci, q̄ ad ecclesiā veniebāt cū parētibus suis, possent recordari an quod eoz parentibus dabat, acceperint. Sed si hoc etiā ab eoz memoria alienū est, conferendū eis videtur quod collatū esse nesciūt. Quia non temeritas interuenit p̄sumptionis, vbi est diligentia pietatis.

**P** ¶ Qd eos q̄ se baptizatos agnoscut, sed in q̄ fide nesciūt, p̄ manus ip̄ositionē suscipi cōueniat. Si aut̄ de qbus scripsisti nō se baptizatos nesciūt, sed cuius fidei fuerint q̄ eos baptizauere se nescire, p̄fitent, q̄libet mō formā baptismatis acceperint, baptizadi nō sunt, sed p̄ manus ip̄ositionē iuocata virtute spūs sc̄ti quā ab h̄reticis accipere nō potuerūt, catholicis copulādi sūt.

¶ De his qui conuiuijs gentiliū & escis immolatitijs vsi sunt.

**Q** ¶ Si cōuiuio solo gētiliū & escis imolatitijs vsi sunt, p̄nt ieiunijs & manus ip̄ositōe purgari, vt deiceps ab idolatris abstinētes, sac̄ oꝝ Ch̄ri possint eē participes. Si aut̄ idola adorauere aut homicidijs vel fornicatiōib; cōtaminati sunt, ad cōiōnē eos, nisi p̄ pēnitētiā publicā, nō oportet admitti.

¶ Leo Tornulo ep̄o Austorigēsi. ¶ Ep̄la. LXXI.

**R** ¶ Vā laudabilr pro catholicē fidei veritate mouearis, & q̄ solite dñico gregi deuotionē officij pastoralis ip̄edas tradita nobis p̄ diaconū tuū fr̄nitatis tuæ scripta demonstrāt, qbus lætitię nr̄æ insinuare curasti, q̄lis in regiōibus v̄ris de antiquis pestilētijs reliquijs error ac morbus exarserit. Nā & ep̄læ sermo & commonitoriū series &



ries & libelli tui textus demonstrat, Priscillianistarum scetidissimam apud vos recaluisse sententiam. Nihil est enim sordidum, in quorumque sensibus impiorum quod in hoc dogmate non confluxerit, quam de omnium terrenarum opinionum luto multiplicem sibi fecerit commiscuerunt, ut soli totum biberent quicquid alij ex parte gustassent. Denique si vniuersae haereses quae ante Priscilliani tempus exortae sunt diligentius retractentur, nullus penitus inuenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium, quae non commeta eorum receperit falsitas quae ab Euangelio Christi sub Christi nomine deuiauerunt tenebris etiam paganitatis immergi, ut per Magicarum artium prophana secreta, & Mathematicorum vana mendacia religionis fidei, morumque ratione in parte demonum & effectu syderum collocaretur. Quod si credi liceat & doceri, nec virtutibus praemium, nec vicij poena debet, omniaque non solum humanae legum, sed etiam diuinarum constitutione decreta soluent, quia neque de bonis neque de malis actibus vllum poterit esse iudicium, si in vtraque parte fatalis necessitas motum mentis impellit, & quicquid ab hominibus agitur non est hominum, sed astrorum. Ad hanc insaniam pertinet prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim coeli signa distinctio, ut diuersis partibus diuersae praesideant potestates, & creatura quae deus ad imaginem suam fecit in tanta sit obligatio syderum in quanta est connexione membrorum, merito praesentis nostri sub quorum temporibus haeresis haec nephanda prorupit per totum mundum instantanter egere, ut impius furor ab vniuersa Ecclesia pelleretur. Quoniam etiam principes mundi ita hanc sacrilega amentia detestati sunt, ut auctor eius ac plerisque discipulos legum publicarum ense prosternerent, videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem coniugiorum copulam solui, simulque diuinum ius humanumque subuertere, si hominum hominibus vsquam viuere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista distinctio Ecclesiasticae lenitatis, quae & si sacerdotali contenta iudicio cruetas refugit ultiones, sceleris tamen Christianorum principum constitutionibus adiuuat, dum ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium quod timet corporale supplicium. Ex quo autem multas prouincias hostilis occupauit irruptio, & executione legum tempestates interdixere bello, ex quo iter sacerdotes dei difficiles comest, & rari ceperunt esse conuentus, iuenit ad publicam perturbationem secreta perfidia libertate, & ad multas mentium subuersionem his malis est incitata quibus debuit esse correctio. Quae vero illic aut quanta pars plebium pestis huius aliena est, ubi (sicut charitas tua indicat) letali morbo etiam quorundam sacerdotum corda corrupta sunt, & per quos opprimenda falsitas, & defendenda veritas fuerat per ipsos doctrinae Priscilliani Euangelium subditum Christi, ut ad perperanos sensus pietate sanctorum voluminum deprauata, sub nominibus prophetarum, & apostolorum non hoc predicet, quod spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit. Quia ergo dilectio tuae fidei quantum potuit diligentia data tas olim opiniones decem & septem capitulis comprehendit, nos quoque strictum omnia retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur aut dubium.

¶ Capitulum Primum.

¶ Primo itaque capitulo demonstratur quod impii sentiant de Trinitate diuina, qui & patris, & filij & A spiritus sancti vnam atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nomine, nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de vtroque processit, sed singularis unitas in tribus quodem vocabulis sed non tribus sit accipienda personis. Quod blasphemie genus de Sabellij opinione sumpserunt, cuius discipuli etiam praeparationi merito nuncupant, quia si ipse est filius qui & per crucem filij patris est passio, & quicquid in forma serui filius patris obediendo sustinuit, totum in se per ipse suscepit. Quod catholicae fidei sine ambiguitate contrarium est, quae Trinitatem unitatis sic omouisionem confitetur, ut patrem & filium & spiritum sine confusione indiuisos, si ne tempore sempiternos, sine differentia credat aequales, quia unitate in Trinitate non ex eadem persona sed eadem implent essentia.

II ¶ In secundo capitulo ostendit ineptum vanumque commentum de processionibus quarundam vir B tutum ex deo quas haec coeperit, & quas essentia sua ipse praecesserit. In quo Arrianorum suffragatur errori dicendum, quod per filio prior sit, quia fuerit aliquando sine filio, & tunc per eum coeperit quando filium genuerit. Sed sicut illos catholica Ecclesia detestat, ita & istos qui putant, vnum deo id quod eiusdem est essentiae defuisse. Quae sicut mutabilem ita proficientem dicere nephastum est. Quam enim mutat quod minuit, tam mutat etiam quod augetur.

III ¶ Tertij vero capitulo sermo designat, quod idem impii asserant, ideo vnigenitum dici filium dei, quia C solus sit natus ex virgine. Quod vtrique non auderent dicere nisi Pauli Samosatani & Fotini virus haussissent, qui dixerunt dominum nostrum Iesum Christum antequam nasceretur ex virgine Maria non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt atque principium de matre dant Christo, asserant necesse est non vnum esse filium dei, sed alios quoque ex summo patre progenitos, quorum hic vnus sit natus ex femina, & hic ob hoc appellatur vnigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius filiorum dei nemo suscepit. Quoquo versum, igitur se contulerint, in magnae tendunt impietatis abruptum si Christum deum vel ex matre volunt habere principium, vel patris dei vnigenitum diffident, cum & de matre is natus sit qui erat deus verbum, & de patre nemo sit genitus praeter verbum.

P ¶ Quar-



## Epistole Leonis pape.

- D IIII** ¶ Quarto aut capitulo continetur qd natalē Christi quē secundum susceptionē veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbū caro factum est, & habitauit in nobis, nō vere isti honorent, sed honorare se simulent, ieiunātes eodem die sicut & die dominico, qd est dies resurrectionis Christi, qd utiq; ideo faciunt, quia Christū dñm in vera hominis natura natū esse nō credunt, sed p quandā illusione ostentata videri volunt, qd vera nō fuerint, sequentes dogma Cerdonis atq; Marcionis, & cognatis suis Manichæis p omnia concordantes. Qui sicut in nostro examine detecti atq; conuicti sunt, dominicū diē quē nobis saluatoris nostri resurrectio cōsecrauit, exigunt in merore ieiunij, soli (vt proditū est) reuerētiā hāc continentiam deuouentes, vt p omnia sint à nostrā fidei vnitāte discordes, & dies qui à nobis cū lætitiā habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vñ dignū est, vt inimici crucis Christi & resurrectionis talem accipiat sniam qualem elegere doctrinam.
- E V** ¶ Quinto aut capitulo refertur qd animā hominis diuine asserant esse substantiā, nec à natura creatoris sui cōditionis nostrā distare naturā. Quā impietatem ex philosophorū qd rundā & Manichæorū opione manantem catholica fides dānat, sciens nullā tam sublimē tamq; p̄cipuam esse facturā cui deus ipse natura sit. Quod em̄ de seipso est, id est quod ipse. Nec id aliud est quam filius & spiritus sanctus. Præter hāc autem summæ trinitatis, vnam consubstantialē & sempiternā atq; incōmutabilem deitatē, nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatū sit. Nō autem quicquid inter creaturas eminet deus est, nec si quid magnū est atq; mirabile hoc est quod ille qui facit mirabilia magna solus. Nemo hoīm veritas, nemo iustitia est, sed multi participes sunt veritatis & sapiētiæ atq; iustitiæ. Solus aut deus nullius participationis dignus est. De q̄ quicquid digne vtcūq; sentitur, nō qualitas est sed essentia. Incōmutabili em̄ nihil accedit, nihil deperit, quia eē illi quod est sempiternū semp est propriū. Vñ in se manēs innouat omnia, & nihil accipit quod ipse nō dedit. Nimiū igitur superbi, nimiumq; sunt cæci, qui cū dicant humanam animam diuinā esse substantiā, non intelligunt nihil se aliud dicere quā deū esse mutabilem, & ipm perpeti quicquid potest naturæ eius inferri.
- F VI** ¶ Sexta annotatio indicat eos dicere, qd diabolus nunquā fuerit bonus, nec natura eius opificiū dei sit, sed eū ex Chao & t̄bris emerisse, quia scilicet nullū sui habeat autorē, sed oīs mali ipse sit principiū atq; substantia, cū fides vera q̄ ē catholica oīm creaturæ, siue spūaliū, siue corporaliū, bonā cōfiteatur substantiā, & mali nullā eē naturā, quia deus qui vniuersitatis est cōditor nihil nō bonū fecit. Vñ & diabolus bonus eēt, si in eo qd factus ē pmaneret. Sed quia naturali excellētiā male vsus ē, & in veritate nō stetit, nō in cōtrariam trāsiit substantiā, sed à summo bono cui debuit adherere desciiuit, sicut ipsi qui talia asserūt à veris in falsā prouūt, & naturā in eo arguūt, in q̄ sponte deliquit, ac p sua volūtaria puer sitate dānant. Qd utiq; in ipsis malū erit & ipm malū nō erit substantia sed p̄na substantiæ.
- G VII** ¶ Septimo loco sequitur qd nuptias damnant & procreationē nascētium phorrescunt. In quo sicut pene in omnibus cū Manichæorū prophātate cōcordāt. Ideo sicut iporum mores probant coniugalē copulam detestantes, quia non est illic libertas turpitudinis vbi pudor matrimonij seruatur & sobolis.
- H VIII** ¶ Octauū eorū est plasmationē humanorū corporū diaboli dicere eē figmētum, & semina cōceptionū opere dæmonū in mulieris vteris figurari. Propterea resurrectionē carnis nō eē credēdam, quia cōcreatio corporis nō sit cōgruēs animæ dignitati. Quæ falsitas si ne dubio opus diaboli ē & talia prodigia opinionū figmēta sunt dæmonū, qui nō in foeminarum vētribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricātur errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedēs, olim fides catholica deprehēdit atq; damnavit.
- I IX** ¶ Nona aut annotatio manifestat qd filios p̄missionis ex mulieribus quidē natos, sed ex spū sc̄to dicāt eē cōceptos, ne illa soboles q̄ de carnis semine nascit ad dei cōditionē p̄tinere videat. Quod catholicæ fidei repugnās atq; cōtrariū est, q̄ oēm hominem & corporis animæq; substantiā à cōditore vniuersitatis formari atq; animari intra materna viscera cōfitetur, manēte quidē illo p̄cti mortalitatisq; cōtagio qd in prole à primo parēte trāscurrit sed regeneratōis sacramēto subueniēte, q̄ ex spū sancto p̄missionis filij renascuntur, non in vtero carnis sed in virtute baptismatis. Vñ & David q; utiq; erat p̄missionis filius dicit ad deum. Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me. Et ad Hieremiā dñs ait: Priusquam te formarē in vtero noui te, & in vulua matris tuæ sanctificauī te.
- K X** ¶ Decimo aut capitulo referunt asserere animas q̄ humanis corporibus inserunt fuisse in corpore, & in cōlesti habitatōe peccasse, atq; à sublimibus ad inferiora dilapsas in diuersæ qualitatis principes incidisse, & p aerias ac sydereas ptātes, alias duriores, alias mitiores corpori-



corporibus esse inclusas à sorte diuersa & cōditiōe dissimili, vt quicquid in hac vita variæ & inæqualiter puenit ex pcedentibus causis videat accidere. Quā impietatis fabulā ex multoꝝ sibi erroribus texuerūt, sed oēs eos catholica fides à corpore suæ vnitatis abscedit constanter p̄dicās atq; veraciter qd animæ hoīm priusquā suis inspirarent corporibus nō fuere nec ab vllō incorporant nisi ab opifice deo, qui & ipsa est creator & corpoꝝ. Et quia per primi hominis p̄uicationē tota humani gñis propago vitata sit neminē posse à conditiōe veteris hoīs liberari, nisi p sacramētū baptismatis Christi, in q̄ nulla est discretio renatoꝝ. Dicente Apostolo. Quicūq; em̄ in Chrō baptizati estis Christū induistis. Nō est Iudæus, neq; Grecus, nō est seruus neq; liber, nō est masculus neq; fœmina, omnes em̄ vnū estis in Chrō Iesu. Quid em̄ agūt cursus sydereꝝ, quid figmēta fatoꝝ, quid mundanaꝝ res mobilis status, inquieta diuersitas? Ecce tot impares gratia dei facit æquales, qui inter q̄slibet vitæ huius labores si fideles pmanēt miseri esse nō possunt, apostolicū illud in tēratione dicētes. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Sicut scriptū est, quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his oībus superamus in eo qui nos dilexit. Et ideo ecclesia q̄ corpus ē Christi nihil de mūdi inæqualitatibus metuit, q̄ nihil de bonis corporalibus cōcupiscit. Nec timet inani strepitu fatoꝝ grauari, q̄ patiētia tribulationū nouit augeri.

XI ¶ Vndecima ipsoꝝ blasphemia ē, q̄ fatalibus stellis & anias hoīm & corpora opinā-  
tur astringi, p quā amentia necesse est, vt oībus paganorū erroribus implicati & fauētia sibi  
(vt putāt) sydera colere, & aduersantia studeāt mitigare. Vex ista sectatibus nullus in ec-  
clesia catholica locus est, qm̄ qui se talibus psuasionibus dedit, à Christi corpore tot⁹ abscessit.

XII ¶ Duodecimū inter hæc illud qd est sub alijs prātibus partes animæ, sub alijs corpis  
mēbra describūt & q̄litates interiorū præsulū in patriarchaꝝ noībus statuūt, quibus ediu-  
er so signa sydereæ, q̄ virtuti corpora subiiciātur opponūt. Et in his oībus inextricabili se er-  
rore p̄pediunt, nō audientes dicentē apostolū. Videte ne qs vos decipiat p philosophiā &  
inanem fallaciā scdm traditionē hoīm, secundū elemēta mūdi & nō secundū Christū, quia  
in ipso inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput  
oīs principatus & potestatis. Et iteꝝ. Nemo vos seducat volēs in humilitate & religione  
angelorū, q̄ nō vidit ambulās, frustra inflatus sensu carnis suæ, nō tenens caput, ex q̄ totum  
corpus p̄nexū & cōiunctiones sub ministratū & cōiunctū crescit in augmētum dei. Quid  
ergo opus est in cor admittere, qd lex nō docuit, qd prophetia nō cecinit, qd euāgelij veri-  
tas nō p̄dicauit, qd apostolica doctrina nō tradidit? Sed hæc operta sunt eoꝝ mentibus de  
quibus apostolus dicit: Erit em̄ tēpus cū sanā doctrinā nō sustinebunt, sed ad sua desideria  
coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus, & à veritate quidē auditū auertēt, ad fabu-  
las autē conuertentur. Nihil itaq; nobiscū cōmune habeant, qui talia audent vel docere, vel  
credere, & quibuslibet modis nitunt astruere qd substantia carnis ab spe resurrectionis ali-  
ena sit, atq; ita omne sacramētū incarnationis Christi resoluunt. Quia indignū fuit integrū  
hominē suscipi, si indignū erat integrum liberari.

XIII ¶ Tertiodecimo loco positū est eosdē dicere, qd omne corpus scripturaꝝ canonica  
rum sub patriarchaꝝ noībus accipiendū sit, q̄ ille duodecim virtutes q̄ reformationē ho-  
minis interioris operātur, in hoꝝ vocabulis indicētur, sine qua scia nullā animā posse asse-  
qui, vt in eam substantiā, de qua prodijt reformet. Sed hāc impiā vanitatē despectui habet  
christiana sapiētia q̄ nouit vere deitatis inuiolabilē & incōuertibilē esse naturā, animā autē  
siue in corpore viuente siue à corpore separatā multis passionibus subiacere. Quæ utiq; si  
diuinæ esset essentia nihil aduersi posset incidere. Et ideo incorporealiter aliud creator est,  
aliud creatura. Ille em̄ semp idē est, & nulla varietate mutatur, hæc autē mutabilis est etiam  
nō mutata, q̄ vt nō mutetur datū poterit habere nō propriū.

XIII ¶ Sub quartodecimo vero capitulo de statu corporis sentire dicunt, qd sub prāte  
syderū atq; signorū p terrena qualitate teneat, & ideo multa in sanctis libris, q̄ ad exteri-  
orem hoīem ptineat reperiri, vt in ipsis scripturis inter diuinā terrenāq; naturā qdā sibi re-  
pugnet aduersitas, & aliud sit quod sibi vendicēt animæ p̄sules, & aliud qd corporis condi-  
tores. Quæ fabulæ ideo differunt, vt & aiæ diuinæ affirmētur eē substantiæ & caro credatur  
malē eē naturæ qm̄ & ipsum mūdū cū elemētis suis nō opus dei boni sed cōditiōē malī  
p̄fitetur autoris, atq; vt hæc mēdacioꝝ suorū sacrilegia bonis titulis colorarēt, omnia p̄-  
ne diuina eloquia sensuum nephandoꝝ immiissione violarunt.

XV ¶ De qua re quintidecimi capituli sermo cōquerit & p̄sumptionē diabolicam meri-  
to detestatur, q̄ & nos istud vera cū testimonioꝝ relatione cōperimus, & multos corru-  
ptissimos eoꝝ codices q̄ canonici titulātur inuenimus. Quō em̄ decipere simplices possent,



nisi venenata pocula qđā melle plinirent, ne vsquequaq; sentirent in suauia q̄ essent futura mortifera. Curandū ergo est & sacerdotali diligētia maxime puidendū, vt falsati codices & a sincera veritate discordes in nullo vsu lectōis habeant. Apocriphe autē scripturæ q̄ sub noībus apostolorū multaq; habēt seminariū falsitatū nō solū intercedē, sed etiā penitus auferēde sunt atq; ignibus cōcremādæ. Quāuis em̄ sint in illis quæ dā q̄ videātur specię habere pietatis, nunquā tñ vacua sunt venenis, & p̄ fabulæ illecebras hoc latēter operant, vt mirabiliū narratōe seductos, laqueis cuiuscūq; erroris inuoluāt. Vñ si quis ep̄os vel apocripa haberi p̄ domos nō prohibuerit, vel sub canonicorū noīe eos codices pmiserit legere, qui Priscilliani adulterina sunt emēdatione corrupti hæreticū se nouerit iudicādū. Qm̄ qui aliū ab errore non reuocat seipsum errare demonstrat.

**F XVI** ¶ Postremo autē capitulo hoc prodidit iusta q̄rimonia, qđ Dicitini tractus q̄s secundū Priscilliani dogma cōscripsit a multis cū veneratōe legerētur, cū si aliquid memoriæ Dicitinio tribuēdum putāt reparationē eius magis debeāt amare quā lapsum. Non ergo Dicitiniū sed Priscillianiū legūt, & illud probant qđ errans docuit nō qđ correctus elegit. Sed nemo hoc ip̄one p̄sumat, nec inter catholicos censeat, quisq; vtitur scripturis, non ab ecclesia solūmodo catholica, sed a suo autore dānatis. Non sit pueris liberū simulare qđ fingunt, nec sub velamine noīis Christiani, decretorū imperialiū statuta declinēt. Ideo em̄ ad ecclesiā catholicā cū tāta cordis diuersitate cōueniūt, vt & q̄s possunt suos faciāt, & legū seueritatē dū se nostros mētiūtur effugiāt. Faciūt hoc Priscillianistæ, faciūt hoc Manichæi, quorū cū istis tā fēderata sunt corda, vt solis noībus discreti, sacrilegus autē suis inueniantur vniti. Quia etiā vetus testamētum qđ isti se suscipere simulāt, Manichæi refutāt, ad vnū tamen finē vtrorūq; tēdit intētio, cū isti recipiēdo corrūpunt, illi abdicādo ipugnant. Inexcrabilibus autē mysterijs eorū, q̄ quāto immūdiōra sunt, tāto diligētius occultantur, vnum prorsus nefas est, vna est obscenitas, & similis turpitudō. Quā si eloquij erubescimus sollicitissimis tñ inquisitionibus iudicata, & Manichæorū qui cōprehensi sunt cōfessionibus detecta, ad publicā fecimus puenire notitiā, ne vilo modo possit dubiū videri, qđ in iudicio nostro, cui nō solū frequētissima p̄sentia sacerdotū, sed etiā illustriū viroū dignitas, & pars q̄dam senatus ac plebis interfuit, ip̄os qui om̄ne facinus p̄petrarant, ore referatū est, sicut ea quæ ad dilectionē tuā nūc direximus gesta demonstrāt. Quod autē de Manichæorū fēdissimo scelere, hoc etiā de Priscillianistarū incestissima cōsuetudine olim cōpertū, multūq; vulgatum est. Qui em̄ p̄ omnia sunt impietate sensuum pares, nō possunt in sacris suis esse dissimiles. Decursis itaq; om̄ibus q̄ libelli series cōprehendit, & a quibus cōmonitorij forma non discrepet, sufficiēter (vt opinor) ostēdimus, quid de his q̄ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus, & quā nō sit ferendū si tā p̄phanis erroribus etiā quorundā sacerdotū corda cōsentiūt, vel vt mirius dixerim, nō resistūt, quā cōscientiā honorē sibi debitiū vendicāt, q̄ pro animabus sibi creditis nō laborant. Bestiæ irruūt, & ouī septa nō claudūt, fures insidiant, & excubias nō prætendūt, Morbi crebrescūt, & remedia nulla cōficiūt. Cū autē etiā illud addunt, vt his qui sollicitius agunt, cōsentire detrectent, & impietates olim toto orbe dānatas subscriptōibus suis se anathematizare dissimulent, quid de se intelligi volunt, nisi quod de numero fratrum non sunt, sed de parte hostium.

**G XVII** ¶ In eo vero qđ extrema familiaris epistolæ tuæ partē posuisti, miror cuiusquam catholici intelligentiā laborare, tanquā incertū sit, an descendēte ad inferna Ch̄so, caro eius requieuerit in sepulchro. Quæ sicut vere & mortua est & sepulta, ita vere ē die tertia resuscitata. Hoc em̄ ip̄e dñs denūtiauerat, dicēs ad Iudæos. Soluite tēplū hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi euāgelista subiungit, hoc autē dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatē etiā Dauid, p̄pheta p̄dixerat loquēs sub p̄sona dñi saluatoris dicens. In sup̄ & caro mea req̄scet in spe. Qm̄ nō derelinques animā meā in inferno, nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Quibus vtiq; verbis manifestū est, qđ caro dñi & vere sepulta requeuit, & corruptionē nō subiit, q̄a celeriter viuificata reditu aīæ resurrexit. Qđ non credere satis impiū est, & ad Manichæi Priscillianiq; doctrinā p̄tinere non dubium est, qđ sacrilego sensu, ita se Ch̄m simulāt cōfiteri, vt incarnatōis & mortis & resurrectionis auferāt veritatē. Habeat ergo inter vos ep̄ale cōciliū, & ad eū locū q̄ oībus opportunus sit, vicināq; puinciāq; cōueniant sacerdotes, vt scđm ea q̄ ad tuā cōsulta respōdimus plenissimo exgrat examine, an sint aliq̄ inter ep̄os, q̄ huius hæreseos cōtagio polluātur a cōione sine dubio separādī, si nephādisimā sectā per oīm sensuū prauitates dānare noluerint. Nulla em̄ ratione tolerandum est vt qui prædicādæ fidei suscepit officiū, is contra euāgeliū Christi, contra apostolicā doctrinā, cōtra vniuersalis ecclesiæ symbolū audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, vbi tales docebūt magistri. Quæ illic religio populi, q̄ salus plebis, vbi cōtra humanā societate

pudo-



pudoris scissi verecundia tollit, cōiugioꝝ fēdera auferuntur, ppagatio gñationis inhihetur, carnis natura dānatur, cōtra vērē autē dei cultū trinitas deitatis negat, psonaꝝ pprietas cōfundit, anima hominis diuina essentia p̄dicatur, & eadē ad diaboli arbitriū carne cōcludit, dei filius p̄ id qđ ex virgine ortus, nō per id qđ ex patre natus est, vnigenitus p̄dicat, idēq; nec vera dei proles, nec verus filius virginis asserit, vt p̄ falsam passionē, mortēq; nō veram mēdax etiā resurrectionē resump̄t de sepulchro carnis habeat, Frustra autē vtuntur catholico noīe, q̄ istis ipietatibus nō resistūt, Posunt hāc credere, q̄ possunt talia patiēter audire. De dimis itaq; lras ad frēs & coep̄os n̄ros Tarragonēses, Carthaginēses, Lusitanos, atq; Gallicos, eisq; cōciliū synodi gñalis indiximus, Ad tuā dilectionis sollicitudinē ptinebit, vt n̄rē ordinatōis autoritas, ad p̄dictāꝝ prouinciāꝝ ep̄os deferat. Si autē aliqd (qđ absit) obstiterit, quo minus possit celebrari gñale cōciliū, Gallicia saltem in vno cōueniāt sacerdotes, qbus cōgregatis fratres nostri Hydacius & Ceponius imminēbūt cōiuncta cū eis instātia tua, q̄tenus de prouinciali cōuentu remedium tantis vulneribus afferatur.

¶ Epistola. LXXII. Aurelij Carthaginensis ep̄i ad oēs ep̄os p̄ Bizanzenā & Arzidnitanam, puincia cōstitutos de dānatione Pelagij atq; Celestij h̄reticoꝝ, Dilectissimis ac desiderabilibus & cōsacerdotibꝰ Primiano Gaiano, & alij Gaiano, Ianuario & Victorino, ceteris p̄ tractū prouinciāꝝ Bizanzenę & Arzidnitanę cōstitutis Aurelius ep̄iscopus.

**S** Vper Celestij & Pelagij dānatione eoꝝq; dogmatibus participē sanctā dilectionē **A** vestrā in plenario cōcilio fuisse cognoui dilectissimi & desiderabiles frēs. Sed qm̄ p̄ honore dei, in cuius manu cor regis est cōstitutū gloriosissimoz principū christiano rum fidē rectā & catholicā custodientiū accessit autoritas, quā p̄ humilitatē meā vni uersis ep̄is meis volui intimare. Idcirco honorabilē fraternitatē vestrā missis exemplaribus instruere curauī, ne in aliqua parte prouinciāꝝ supradictoz serpētina p̄uasio ab vniuersali ecclesia totiꝰ orbis exclusa fortasse subrepat. Ob hoc ergo tā necessaria cōstitutio principū christianoꝝ charitatē vestrā latere nō debuit, & ad me ab eis datę literę, q̄z simul exēplari bus lectis, quēadmodū subscribere vnusq;q; vestrū debeat) dilectio v̄ra cognoscet, siue q̄z synodalibus gestis subscriptio iā teneat, siue qui nō potuistis eidē plenario totius Aphricę interesse cōcilio, qđ cū in supra dictoz h̄reticoꝝ dānatione oīm vestrum fuerit integrata subscriptio, nihil omnino vnde illis dissimulatōis vel negligētie, vel occultatę forsitā prauitatis, aliqua videat meritorē m̄ā fuisse suspitio, Alia manu. Opto fratres bñ viuatis mei memores. Data Calendas Augusti Carthagine Monaxio & Pluita cōsulibus.

¶ Excerpta ex gestis habitis cōtra Pelagiū h̄reticū, & alia de libellis eiusdem, quę in Palestina sibi obiecta damnare compulsus est.

**Q** VOD ad Hierusalē nolentē colligi filios suos dñs clamabat, hoc nos clamamus **B** aduersus eos qui filios ecclesię colligi nolūt. Nec saltē post iudiciū, qđ de ipso Pelagio in Palestina factū est, corrigunt, de quo dānatus exisset, nisi obiecta sibi cōtra gratiā dei dicta, q̄ obscurare nō potuit, ipse dānasset. Præter illa q̄ quō potuit, ausus est qualicunq; ratione defendere. Obiecta sunt quę dā, q̄ nisi remota omni tergiuerlatōe anathematizasset ipse anathema factus fuisset.

¶ Dogma Pelagij h̄retici.

**C** VM diceret Adam mortale factum, qui siue peccasset, siue nō peccasset, mortu- **C** rus esset, & quad peccatum ipsius ipsum solū leserit, nō genus humanū, & qđ infantes nup̄ nati in illo statu sunt, in quo Adā fuit añ p̄uaricationē, & qđ neq; per mortem, vel p̄uaricationē Ade, omne genus moriatur, neq; resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. Infantes em̄ si non baptizentur habere vitā æternam, & diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntiēt, si quid boni visi sunt facere, nō reponere illos, nec eos habere posse regnum dei, & gratiā dei, atq; adiutoriū, nō ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atq; doctrina, & dei gratiam secūdum merita nostra dari, & filios dei non posse vocari, nisi omnimodo absq; peccato fuerint effecti, & non esse liberum arbitrium, si dei eger auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusq;q; facere aliquid, aut non facere, & victoriā nostram non esse ex dei adiutorio, sed ex libero arbitrio, & quod p̄nitentibus venia non detur secundum gratiam & misericordiam dei, sed secundum meritum & laborem eorum, qui per p̄nitentiam, digni fuerint misericordia. Hęc omnia Pelagius sic anathematizauit. Quod satis gesta ipsa testantur, vt nihil ad ea quoquomodo defendenda disputationis attulerit, vnde fit cōsequens, vt quisquis se- curor illius fuerit ep̄iscopalis autoritate iudicij, & ipsius Pelagij confessione, hęc tenere de- beat, quę semper tenuit catholica ecclesia.

¶ Dogma catholicoꝝ contra Pelagium.



## Epistole Leonis pape.

**D** **Q**uod Adam nisi peccasset, moriturus non fuisset. Secundo quod peccatum eius non ipsum solum laeserit, sed & genus humanum. Tertio, quod infantes nuper nati non sunt in illo statu, in quo Adam fuit ante praeparationem. Quarto, ut ad ipsos etiam pertineat, quod breuiter ait Apostolus: Per unum hominem mors & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnde fit, ut infantes non baptizati, non solum regnum coelorum, uerum etiam vitam aeternam habere non possunt. Quinto, ut confiteatur diuites baptizatos, etiam si diuitiis suis non careant, & sint tales quales ad Timotheum describit Apostolus, dicens: Praeceptum diuitibus huius seculi non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in deum uiuum, qui praestat nobis abundanter ad fruendum, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futuro, ut apprehendant ueram uitam, non eos regno dei posse priuari. Sexto, ut confiteatur gratiam Dei, & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non secundum merita nostra, ut uera sit gratia, id est, gratis data per eius misericordiam, quod dixit: Miserebor cui miseratus fuero, & misericordiam praestabo, cui misericors fuero. Septimo, ut filios Dei fateatur illos posse uocari, quod quotidie dicunt: Dimitte nobis debita nostra, quod utique ueraciter non dicerent, si essent omnino absque peccato. Octauo, ut fateatur esse liberum arbitrium, etiam si diuino indiget adiutorio. Nono, ut fateatur quando contra tentationes concupiscentiarumque illicitas dimicamus, quamuis illic habeamus & propria uoluntate, non tamen ex illa, sed ex Dei misericordia nostram salutem, quia non aliter uerum erit, quod Apostolus dicit: Non uolentis, neque currentis, sed ut saluemur, miseretur est Dei. Decimo, ut fateatur secundum gratiam & misericordiam Dei, ueniam petentibus dari, non secundum meritum eorum, quandoquidem ipsam poenitentiam donum Dei dixit Apostolus, ubi ait de quibusdam: Ne forte det illis deus poenitentiam. Haec omnia simpliciter sine ullis fateatur ambagibus. Si quis in auctoritatem Catholicam, & ipsius Pelagii expressa Ecclesiasticis gestis uerba consentit, neque enim illa quae his sunt contraria, ueraciter anathematizata esse credendum est, nisi haec quibus sunt contraria fide & corde teneant, & aperta confessione promantur.

¶ Epistola Leonis papae ad Rusticum Rauennium Veneriūm, & ceteros episcopos Galliarum.

¶ Epistola LXXIII.

**E** **I**mpletis per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem uestram sanctorum gaudiorum habere confortium. Nam fratres mei qui uice mea orientali synodo praesederunt, quae uota retulere significo confirmata Catholica fide, & glorificato Apostolica praedicationis triumpho. Quod etiam hi ad quod deuiant uel seducti fuerant, uel impulsu, recepta ueritate luce laetant. Si quidem omnes Domini sacerdotes in una sententia sancto spiritu docete consentire, & de sacro dominicae incarnationis in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebre erroris ablatae sunt, ut in uno Domino nostro uero Dei & hominis filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores qui indignos se Dei gratia iudicantes correctionis uel remedium noluere, quales sit lata sententia exemplaria quae misimus edocebunt, ut agnoscat uestra dilectio fratres charissimi in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & uindicta tributa est obduratis, & pax impensa correctis. Dominus uos incolumes custodiat fratres charissimi.

¶ Eiusdem ad Iulianum Episcopum.

¶ Epistola LXXIII.

**F** **I**terum dilectionis tuae quae mihi nuper sunt reddita, quam spirituali catholica fidei uigilans amore demonstrat, & multum gaudere me faciunt, quod in eadem sententia pia corda concurrunt ut secundum doctrinam spiritus sancti impleat in nobis, quod Apostolus ait: Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, cuius unitatis nimirum se Eutices fecit extraneum, si in sua puerilitate ueterascit, nec adhuc quibus uinculis a Domino sit obligatus, intelligit. Et quamquam sacerdotem domini reperiendum putat, qui eius imperitia, amentiaque consentiat, diu apud nos incertum fuit, quod in ipso Catholicis displiceret, & cum fratris nostris Flauiani nullas lites sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam heresim repullulare quereretur, non plene potuimus discedere, uel procederet, uel quo tederet tam dolosa causatio. Sed postea quod gestorum ad nos episcoporum documenta placuerunt, omnia illa quae fallacium querele uelamine tegebant, quae essent detestanda patuerunt. Et quaclementissimus Imperator, per beneuolentiam ac pietatem animi sui, de statu huius qui ante honorabilis uidebatur, diligentius uoluit iudicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale Concilium, per fratres nostros Iulianum Episcopum & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconum Hylarium, & quos ex latere meo uice mea misi ad fratrem nostrum Flavianum sufficiens per qualitate causae scripta direxi, quibus & uestra dilectio & Ecclesia uniuersa cognoscat de antiqua & singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, quod diuinitus traditum teneamus, & quod incommutabiliter praedicemus. Quia tamen non debemus partes miseratōis omittere, congrua moderatōe credidimus sciendum, ut si condemnatus presbyter plena satisfactōe corrigatur, sententia qua obstrictus est, relaxetur. Si uero in eodem insipientiae suae luto iacere delegerit, statuta permaneant, & cum eis habeat sortem quorum est secutus errorem.

Data



Data Idus Iunii, Asturio & Protogene consulibus.

¶ Item ad Flavianum Constantinopolitanum.

¶ Epistola LXXV.

**L**iteras tuas dilectionis accepi, cum gestis quae apud vos fidei questione cōfecta sunt. Et quā clemētissimus Imperator p Ecclesiae pace sollicitus synodum voluit cōgregari, quis euidenter appareat, de qua agit nequaquam synodali idigere tractatu, tñ frater charissimē subsecutos eē significo, quos in hac re placuit destinare. Nec necessariū fuit nūc amplius scribi, cum ppitio de his quae causae credidimus cōuenire, p ea quae ipsi portabūt scripta, sis plenus instrūdus. Data, XV. Calēdas Iulij, Asturio & Protogene cōsulibus.

¶ Item eiusdem ad Theodosium Augustum.

¶ Epistola LXXVI.

**A**cceptis clemētiae vīae lris, & multū vī Ecclesiae gaudendū eē prospexi, quod Chriānā fidē qua diuinitas honorat, & colit, in nullo dissimile, in nullo vult eē discordē. Quid em̄ rebus humanis ad exorandā mīam Dei efficacius suffraget, quā si vna grāz actio, & vnius cōfessionis sacrificiū maiestati eius ab oībus offerat. In quo & sacerdotū, & cunctoz fidelū, ita demū erit plena deuotio, si in his quae p vnicū Deifiliū Deū verbū pro nra redemptōe sunt gesta, nihil aliud sentiat, quā ipse praedicari de se iussit, & credi. Vnde quis ad diem concilij ep̄alis quē pietas vestra cōstituit occurrere me rō nulla pmittat, cum nec aliqua ex hoc exēpla praecesserint, & tp̄alis necessitas me nō patiat deferere ciuitatē, p̄sertim cū tam evidēs fidei causa sit, vt rōnalibus causis ab indicēda synodo fuisset abstinendū, tñ in quantum dñs iuuare dignat meū studiū cōmodauit, vt clemētiae vīae statutis aliquatenus pareat, ordinatis hinc fratribus meis quae amputandis scādalis p causae aequitate sufficiat, quicquid p̄ntiae meae impleant vicē, quā non talis quāstio orta est, vnde aut possit, aut debeat dubitari. Data XII. Calēdas Iulij, Asturio & Protogene cōsulibus.

¶ Eiusdem ad Flavianum Ep̄m.

¶ Epistola LXXVII.

